

CONCIONES
INEVANGELIA ET
EPISTOLAS,

QVAE

FESTIS TOTIVS ANNI DIEBVS POPVLO
in Ecclesia proponi solent: Ecclesiasticis omnibus
moderni temporis summoperè vtiles, è Tabulis
DOM. LAVRENTII A VILLAVICENTII
XERESANI elaboratæ.

NVNC VERÒ


*Plurimis in locis cum sacrarum literarum, tum Catholicorum
antiquorumq; Patrum scriptis diligenti cura supra omnes alias edi-
tiones antea & locupletata:*

PER

F. DOMINICVM AEGIDIVM TOPIA-
RIVM, instituti S. Dominici, apud inelytâ Antuerpiam

Saluis per omnia semper iudicio, correctioneque
S. Sedis Apostolicæ.

PARS HYEMALIS.



ANTVERPIAE,
Apud Christophorum Plantinum
Architypographum Regium.

M. D. LXIII.



(2)

CONCIONES INEVANGELIA ET EPISTOLAS,

QVAE

FESTIS TOTIVS ANNI DIEBVS POPVLO
in Ecclesia proponi solent: Ecclesiasticis omnibus
moderni temporis summoperè vtilis, è Tabulis
DOM. LAVRENTII A VILLAVICENTIO
XERESANI elaboratae.

NVNC VERÒ


*Plurimis in locis cum sacrarum literarum, tum Catholicorum
antiquorumq; Patrum scriptis diligenti cura supra omnes alias edi-
tiones aucta & locupletata:*

PER

F. DOMINICVM AEGIDIVM TOPIA-
RIVM, instituti S. Dominici, apud inclytâ Antuerpiam.


Saluis per omnia semper iudicio, correctioneque
S. Sedis Apostolicæ.

PARS HYEMALIS.



ANTVERPIAE,
Apud Christophorum Plantinum
Architypographum Regium.
M. D. LX XIII.

THEOLOGIÆ SYNCE-
RIORIS FAVORIBVS, AVCTOR
PERPETVAM OPTAT SALVTEM
ET FELICITATEM.



V M nuper, optime lector, aliquot ami-
 ci familiares, viri planè omnibus virtus
 & doctrina numeris absoluti, ad me
 dedissent tabulas D. Laurentij à Villa-
 uicentio Xeresani, tabulatis (ut sic di-
 cam) typis excusis, eorum improbo ro-
 gatu cœpi repentino quodam impetu arrepto calamo tē-
 tare, num possem, quas vir ille sapientissimus simul &
 eloquentissimus sancta sagacitate tradidisset, magis vul-
 gari notioriq; phrasi vertere; ut his qui in enertendis ip-
 sis non essent adè triti atque astuti, promptū esset intel-
 ligere, quas vir ille tantus in totius vulgi Christiani uti-
 litatem suppeditasset. Cum itaque absoluissem Conciones
 in Euangelia & Epistolas, quæ Dominicis diebus legun-
 tur per totum annum, è Tabulis iisdem magno studio col-
 lectas, necnon plurimis in locis cum sacrarum literarum,
 tum Catholicorum ac Neotericorum probatorum scri-
 ptis locupletiores reddidissim; reliquum fuit promissis
 scire, quæ in dedicatoria nostra Epistola feceram, ince-
 ptūque opus (quod aiunt) ad suum colophonem dedu-
 cere. Neque id frustra, cum ad sapientem architectum
 pertineat, non solum fundamentum iacere, sed etiam ad
 suam absolutam formam quodque opus deducere. Edi-
 derat etiam hic bonus vir Tabulas in Euangelia, quæ
 festis diebus annuatim populo proponuntur, pari artifi-
 cio cum prioribus elaboratas, quibus eximiam laudem


& gloriam perpetuò in Ecclesia apud viros pios & eruditos obtinuit. Ne ergo pius concionator his quoque tabulis, quas diuorum feriis consecrauit, fraudaretur; curauit hanc nostram qualemcunque operam illis impedire, atque ad prioris nostri operis formam eas redigere, nimirum hoc persuasum habens, quòd eiusmodi Conciones methodica, eaq; facili ac propemodum populari institutione sua non parum adiuuarent conatus eorum, qui omni fructu in Ecclesia docere volunt. Sed quia nulla (quod mihi constat) Tabula in Epistolas Sanctorum extant: ut priorem sequar ordinem, ex aliis Neotericis probatisque scriptoribus non absimili phrasi pro ingenio mei capacitate iuxta apum similitudinem Conciones in diuorum Epistolas collegi, easque Euangelicis sermonibus praefixi. Scripseram quidem primum mihi, ut (quod fieri solet) in dies tendenti ad senium, pro memoria iuuanda subsidio esse possent: sed quorundam pietas cupiuit, imò etiam instituit, ut hic quoque fructus per me fieret multorum communis. Cùmque ad hoc quodammodo urgerer, deterruit me, quòd obiici mihi posse à nonnullis suspicabar, aliorum scilicet me in elucidandis vel dilatandis eiusmodi Tabulis non modò verba, sed multis etiam in locis integras sententias mutasse. Quod tamen non eo animo feci, ut plumis (quod aiunt) alienis ornari cuperem; sed quòd hoc ipsum mea tenuitati sic erat necessarium. Non enim ille sum, qui sine ducibus praeuis sacrarum scripturarum interpretem (praesertim hoc nasutissimo seculo) agere audeam: quin magis in hoc pio nostro labore semper doctiorum usus sum & consilii & disciplinae. Sed nec vitio dabitur discipulo, si illustrium praeceptorum potius quam propriis utatur verbis: quod inter Neotericos

tericos adèd tritum est, ut iam nulli horum detur vitio. Nec hoc mirum, cùm apud D. Hieronymum legatur Plato ille diuinus Aegyptum, eamque oram Italia, quae quondam magna Graecia dicebatur, laboriosissimè peragrassè: ut qui Athenis magister erat, cuiusque doctrinam Academiae gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere. Conflauerunt enim plerique ex aliorum codicibus & ipsi sermones, & quidem eo pacto, ut quicquid ab illis accommodatò acceperint, usurparint sibi. At ego hoc iactantia vento nullo pacto transmotus fui, sed potius meos sudores optimis cum praeceptorum, tum Neotericorum patrum scriptis innexui, ut ea quae per se non consistere, illorum auctoritate fulcirentur. Verùm ut & haecenus consuèti, et hinc seu moraliter potissimùm omnia tractari curauit, non quòd contempnem tractationem allegoricam vel tropologicam, vel anagogicam (quae nonnunquam in interpretandis sacris literis admittenda est) sed quòd sensus moralis auditorio praecipuè moderno sit conuenientior ac conducibilior. Caterùm pro meis istis laboribus quid hic aliud à nonnullis emulis expectem, quàm praepostera iudicia & maledicta? Adèd enim corrupto quidam sunt iudicio, ut etiam de his male loquantur & iudicent, quae teste conscientia probant. At cuiuspiam horum obrektionis nihil moror, cùm facilius sit aliena carpere, quàm propria prestare. Cupiueram quidem haecenus sub vero, licet tacito, nomine humiliter latere, candide lector, aestimans satis esse, si labor noster omnibus fieret communis: sed quia non tam bonorum amicorum commendatione, quàm quorundam zoilorum curiosa de me perlustratione iam factus notior, placuit & nomen &



persona mea functionem paulo apertius in operis nostri titulo subaperire. Vnde si prosperè cesserit hæc alea, nãneròque amicis & aliis quibusdã Theologia syncerioris fautoribus hanc nostram operam non fore ingrãtam, suo fortassis tempore plura (vita comite) prodibunt, non minus omnibus Ecclesiasticis necessaria, quàm proficua. Et quod facio, candide lector, boni consule, atque presentes qualescunque nostras lucubrationes, tametsi rudiores quàm ut huius aui ingeniis respondeant, saltem in pijs operas transcribe, eisque frueri fœliciter. Anno Domini M. D. LXVI. Mense Nouemb.

IN



IN SERMONES HYEMALES
DE SANCTIS INDEX ALPHABETICVS,
IN QVO NUMERVS VNAM QVAMQVE
PAGINAM INDICAT.

A.		tem.	
A Beundo Christus suos nõ deseruit, sed profuit.	137	Apostoli quibus primum prædicarunt.	2
Abiconfio Dei in cruce nõ est piorũ perpetua derelictio, &c.	134	Apostoli Christi legati fuere.	32
Actorum liber quid testetur.	32	Apostoli alterius subrogatio necessaria.	87
Achaz æquè signum respuit vt promissionem.	96	Apostolorum verorum notæ.	143
Admiranda Christi & Ioannis humilitas.	78	Apostolica traditio est, orationes concludere in nomine Domini nostri Iesu Christi.	138
Aduersorum toleratio.	44	Architectus incarnationis Christi Spiritus sanctus.	106
Aduocatus noster Christus, intercessor, mediator, saluator, &c.	141	Architecti qui. 115. materia, opera, forma, &c.	ibid.
Affectus spiritus, quàm naturæ vehementiores.	65	Arca Noë quid denotat.	16
Agni Paschalis typus.	49	Ascensio & præparatio donata cælestis hæreditatis, &c.	84
Agnus dicitur Christus.	49	Auctor incarnationis Christi Deus.	98.
Agricola siue vititor Deus pater.	120		
Alas contrahere.	36	B.	
Amor omnia seua & immania facilia facit.	94	Baptismus magnificandus à nobis.	80
Amicitia veræ indicia.	43	Baptismus aqua vitæ.	81
Ambitio, odij Herodis in Christum causa.	54	Baptismus Ioannis inefficax.	7
Animarum curatores Christum sequi debent.	8	Baptismus summus noster thesaurus.	81
Angeli quibus adstare delectentur.	100.	Baptismus vnde suam virtutè & auctoritatem habeat.	79
Angelus testamenti, Deus & homo.	ibidem	Baptizatus Christus quid orabat.	80
Anno quoto Christus baptizatus.	77.	Baptizari voluit Christus anno trigesimo, varias ob causas.	79
Animi liberalitatem Deus magnificat.	127	Baptismus vnica & summa nostra consolatio.	80
Apostolus nouus è quo numero seligendus.	5	Baptismus Christi in Iordane cui respondeat.	77
Apostoli quomodo mundi fuerint.	115.	Beatitudo vna omnium electorum quoad obiectum, &c.	136
Apostoli ad quid piscaturi missi.	8	Beatum de proprio labore viuere.	6
Apostoli missi ob Iudæorum salu-		Benignitas Dei mira erga Iudæos.	33
		Benedictio Damini duo cõfert.	114
		* 4	Beate-

I N D E X

Beneficia Dei maxima in Euangelio predicantur. 21
 Beneficium maximum habitaculum Dei fieri. 111
 Benedictio Domini a dextra. 113
 Benedictio a sinistra. Ibidem
 Beneplacitum diuini consilij. 91
 Beneficium Christi in suos martyres. 30
 Bonitas Dei, tum erga Paulum, tum erga Damascenos. 60
 Bonitas Dei vocatus magna. 8
 Bonitas Christi erga D. Thomam. 24
 Boni non moriuntur, sed dormiunt. 11
C.
 Calamitas extrema ubi nullum verbi Dei semen. 32
 Castitati studere. 50
 Calix Christi gloriosus. 42
 Calumni turpis error. 79
 Calumni causillatio. 107
 Capacitas caeli. 136
 Catholici scriptores nomina sua non subtrahunt, pseudographorum more. 83
 Causa quae veritati innuitur, defendenda. 19
 Causa sceleris Iudae proxima & remota. 87
 Caeli apertio quid significet. 80
 Caelum est venale. 8
 Caestem Pauli conuersionem, ministerialis secuta est conuersio. 61
 Charitatis doctrina. 4
 Caritas non est tumultuosa, nec seditiosa. 127
 Caritas de sua & aliorum salute sollicita. 75
 Christus Paulum ter alloquitur. 61
 Christiani in sola cruce Iesu Christi gloriantur. 143
 Christi piscatio. 6
 Christum sequi quid sit. 64
 Christus intra coetum sanctorum inuenitur. 16
 Christus per baptismi sacramentum cur iustitiam adimplere elegerit. 78
 Christus via, veritas, & vita. 139

Christi omnia in omnibus, &c. ibi. 76
 Christus salutare Dei. 76
 Christus non sine cruce sequendus. 44
 Christus vere omnipotens omnia habens in sua potestate. 91
 Christus indicat se Deum esse, & Deo aequalem, &c. 134
 Christus ante ascensionem suam quae fecerit. 18
 Christus duas ob causas baptizatus est. 78
 Christiani multifariam a Deo per Christum vocantur. 64
 Christiani re & nomine qui. 48
 Christiani quoadiu manent in Christo sunt fecundi. 122
 Christiano futuro quid facto opus sit. 61
 Christianis germani qui sint. 143
 Commercium piorum amplectendum. 132
 Commodum Christi iugum portantium. 93
 Consilia Dei non discutienda. 91
 Consolatio in retentione & maxime in morte. 139
 Conuersionis Pauli modus duplex. 61
 Consolatio duplex. 91
 Consolatio dulcissima incerta sede vagantibus, &c. 135
 Conuersionis & obedientiae forma. 11
 Consolatio amplissima in aduersis. 133
 Consolatio maxima in cruce & morte. 30
 Consolatio contra crucem promissio, &c. 133
 Consolatio dulcis pro pauperibus. 66
 Corona vitae qualiter obinetur. 119
 Cor pium ad omnia Dei iudicia commisit. 125
 Crassines Philippi Apostoli. 140
 Credentes in sacra scriptura appellantur sancti. 125
 Cultus quis diuis gratior exhiberi potest. 17
 Cultus praecipui in Ecclesia qui. 127
 Cum Apostolo eo conscendendum, ut mundus nobis crucifixus sit, &c. 143
 Cum Apostolo quo oportet conscen-

A L P H A B E T I C V S.

scendere. 741
 Cura habenda suorum domesticorum. 10
D.
 Deus diuersis medijs ad se sequendum cur vocet, nobis non est inuestigandum. 68
 Deus cur pueros innocentes occidi permiserit. 57
 Desertionis & abiectiois diuinae argumentum euident. 124
 Deus diues in omnes. 1
 Deo tres peculiariter placuerunt. 16
 Deo in tribus placere possumus. 16
 Deus non affligit nos ut perdat, sed ut sanet. 123
 Deus sine ratione & sine iustitia nihil facit. 91
 Deus vitae & mortis Dominus. 46
 Deus non irascitur in finem. 55
 Deus saluat in maximis periculis. 52
 Deus ingrauescente periculo suis adest. 53
 Deus bis pater noster factus. 84
 Deus cum nostra praemiatur merita, sua dona coronat. 67
 Decretum Christi immobile. 53
 Deus semper respicit & curat suos. 121
 Deo qui fidit, non pudebit. 1
 Deus vult inueniri ab iis qui ipsam ex animo quaerunt. 75
 Desertionis Iudae cur meminerit Petrus. 87
 Dissicari cordibus quid sit. 29
 D. Ioannis martyrium. 44
 D. Petri curiositas. ibidem
 Dilectio fortis ut mors. 42
 Differentia futurae gloriae. 136
 Doctrina liberi arbitrij obedientis. 8
 Doctorum falsorum proprium quid sit. 142
 Doctrina pro ministris diuini verbi. 19
 Documentum in quo casu Dei indicatio & auxilium implorandum. 88
 Domini in nomine exaudimur. 2
 Domesticorum suorum cura habenda. 10

Donationis finis duplex. 12
 Dominandi cupiditas mortalibus quantum attulerit malum. 58
 Domus Iacob qui sint. 104
 Domus patris caelum est. 135
 Doctrina de iudicantibus non tantum concernit Apostolos, &c. 66
 Duplex sequendi Christum ratio. 9

E.

Ecclesia cur inuisibilis dicatur. 48
 Ecclesia sanctorum ciuitas. 110
 Ecclesiae variae appellationes. 49
 Ecclesiae fundamentum imum, angulus apex, &c. Christus. 111
 Ecclesia catholica cur hodie a multis auferatur. 37
 Ecclesia quanti facienda. 127
 Ecclesia vera & inuisibilis. 51
 Ecclesia Christi duplex. 48
 Ecclesia Romana vere pontificia, &c. 41
 Ecclesia ciuitas, domus & templum Dei est. 110
 Educatio Immanuelis. 97
 Electi soli ab aeterno salute donantur. 85
 Electis iure optimo exultandum. 86
 Electionis modus. 88
 Electi quibus notis deprehenduntur. 50
 Encomij Mariae excellentia. 101
 Episcoporum & pastorum electio penes quos. 7
 Ephesij quales ante fidem fuerint. 109
 Ephesij inquilini siue incolae. ibid.
 Ephesij quales facti post acceptam fidem. 109
 Ephesij quatuoruplici ratione peregrini. 109
 Exhortatio ad laudem Dei. 83
 Ex omni carne eligi quid sit. 117

F.

Fame spirituali qui pereunt. 32
 Facta quaedam diuina cur nobis occulta. 45
 Facultas edendorum miraculorum quibus primum data. 28
 * 5 Fide-

I N D E X

Fidelium catrina.	50	Hæresiarchæ ferent seductorū pec-	
Fidelium consolatio in tribulationibus.	91	cata.	35
Fides Thomæ & confessio probantur.	29	Hæreticis non datur verba Christi tractare.	47
Fidei nostræ scopus.	27	Hæretici præposteri reformatores.	129.
Fideles omnes opus habent purgatione.	122	Hæretici Iudæorum instar Episcopos ac concionatores occidunt.	3
Fidei & precationis cognitio.	3	Hæretici norantur.	19
Fides scutum aduersus omnia mala.	135	Hæretici verbum Dei contemnunt & Ecclesiam.	20
Fides totius Ecclesiæ.	25	Hæretici viperarum filij.	25
Fides sola non sufficit ad conciliandum nobis Christum.	128	Herodes Pharaoni nõ absimilis.	57
Finis fidei salus animarum.	85	Herodes & hæretici satanæ serui.	53
Finis & fors prorum & impiorum.	130.	Herodes lupo similis, tyrannus sanguissimus, &c.	56
Fortitudinis magnum fundamentum mens, & animus non turbatus.	134	Homini externo Deus crucem imponit, internum consolatur.	133
Forma conuersionis & obedientiæ.	11.	Homo per duo disponitur ad salutem.	116
Formidolosa sententia, palmitem infrugiferum à vera vite abiici.	124.	Homines in quibus Angelis similes.	29
Fructus quantus iusti & timentis Dei.	40	Hortatu Petri electio noui Apostoli instituta.	87
Fructus iustum qui sequantur.	39	Hostes Euangelij non tã aliosquã seipfos lædunt.	61
Fuga Christi in Ægyptum.	54	Humilitas & charitas Mariæ declaratur.	72. 107
Fuga Christi in Ægyptum causæ duæ. 55. quæ etiam parentibus Christi crux subamara fuit. ibid.		Humiliora plerunque Deus magis probat.	88
Functio Apostolica pendet à solius Dei calculo.	88		
	G.		
Gabrielis & Mariæ dialogismus.	102	I esus Christus summus doctor.	92.
Gabriel fortitudo Dei.	98	Iesus filius Mariæ verus Deus & homo.	104
Gaudendum de quoc.	89	Ierusalem ciuitas Christi nidus.	36
Gratia quã Maria reperit quæ.	103	Ierusalem omnium malorum ler-na.	33
Gratias quomodo agat Christus pro Apostolis.	91	Iesus interpretatur saluator.	103
Gratiam primam nemo meferi potest.	67	Ignorantiã humanã profunda in rebus Dei, &c.	139
Gravitas sceleris Iudæ.	87	Immanuel duplicem in Christo naturam denotat.	97
	H.	Impius non timet Dei iudicia, &c.	125.
		Immanuelis partus miraculosus.	96.
H ereditatis cõsecutione quid precedat.	114	Imitatio spiritualis, & corporalis.	9

Im-

A L P H A B E T I C V S.

Improbiorum mos.	29	lis & honesta.	73
Indoctos cur vocauit Deus.	7	Lex redemptionis primogenitorum ob tres causas Iudæis data.	73
Incarnatio Christi salutis paratæ indicium.	84	Lex purgãda: mulieris, quid admo-nebat.	73
Indicat Christus cur proprie uenerit.	93	Legi vitæ & disciplinæ qui acquiescit, magnus efficitur.	118
Infideliter agunt qui officio sibi commissio abutuntur.	19	Lex vitæ quæ sit.	ibidem
Innocentes pueros cur Deus occidi permiserit. 57 martyres confesso-res sunt & doctores.	ibid.	Liberalitatem animi Deus magni facit.	9
Iniustitiam iustificari in baptismo pos-sunt, &c.	80	Litania duplex.	128
Institutio Christiana de morte.	47	Litania, quid interpretetur.	119
Ioannes Euangelista quocupliciter commendetur.	43	Litania fundata in sacris literis. ibidem.	
Ioannes cur angelus dictus.	68	Locus conceptionis Christi humilis & despectus.	98
Ioiadas pontifex binomius.	36	Locum quomodo Christus nobis parauerit.	137
Ioas ob scelus in Zachariam patrum occiditur.	37	Lucẽ necessario comitatur umbra, ita pietatem necessario sequitur afflictio.	132
D. Ioannis martyrium.	44		
Ioannes quos baptizauit.	77		
Ioas regis à lege defectus.	35		
Iudicium horrendum malis extremescendum.	66		
Iudicium in hæreticos.	20		
Iustus quis sit.	38		
Iudæ proditoris iudicatio.	44		
Iudæi omnium gentium miserabiliores.	36		
Iustitiam omnem quis impleat. 78 malitiam omnem item quis impleat.	ibidem		
Iugum duplex. 93. Euangelij & gratiæ iugum.	ibid.		
Iugum Christi duabus virtutibus se finit gestari.	94		
	L.		
L aborantes & onerati qui.	92		
Laudatio Dei in quibus consistere debeat.	86		
Laudibus summis Mariam euehere catholicorum officium est.	101		
Lætitia carnis vana.	89		
Lætitia spiritualis Christianos decet.	ibidem		
Lex purificationis in noua lege vi-			

M.

M alitiã omnẽ quis impleat.	78
Maria illa singularis virgo de qua vaticinatus est Isaias.	103
Maria castissima, &c.	99
Maria reparauit quod Eua perdidit.	108
Maria triplici ratione virgo fuit.	98
Maria gratiosa. 10. & quomodo gratia plena.	ibid.
Maria quid interpretatur.	99
Maria virgo cur desponsata viro.	99.
Mariæ fœtus sanctus.	72. 106
Maria legi purgationis obnoxiana fuit.	72
Magnitudo virtualis triplex, corporalis, moralis & spiritualis.	15
Magnus in veritate quis sit.	115
Mansiones stabiles, certæ & perpetuæ sunt in celo.	136
Mansiones cælestes in solo Christo, per solum Christum, & propter solum Christum paratæ.	136
Materia baptismi aqua naturalis & non artificialis.	80

Mentes

I N D E X

Mentes sanctæ inter laudes semper riment, & humiliter de se sentiunt. 102
 Meritum non ex nobis, sed ex Deo dependet. 67
 Messias repurgaturus, restitutusque omnia. 70
 Metus viros etiam constantes inuasit. 61
 Medium, via, & ostium Christus est &c. 139
 Messiam Deum & hominem fore colligitur. 69
 Messias angelus testamenti est. 69
 Messias promittitur ex virgine nasciturus &c. 96
 Messias qualis futurus sit vaticinatur. 69
 Messias quò venire debeat ostenditur. 69
 Mens sibi bene cõscia thesaurus insignis. 29
 Misericordia Dei est, & non ira aberrantes disciplinæ flagello, &c. 118
 Miracula in baptismo Christi facta. 80
 Misericordia Dei commendatur à beneficentia. 1
 Modestia Mariæ. 102
 Modus optimus moriendi. 30
 Modus quo virgo illæsa virginali pudicitia fieret mater, Mariæ absconditur, &c. 105
 Mors Christi & Petri similis. 42
 Mors improborum. 28.29
 Mos honorû angelorû quis sit. 102
 Mos iugû Christus dirupit, &c. 9
 Mos iugum cur Iudæis durum, & Christi suauis. 24
 Mundatorum officium. 70
 Munus contra scandalum crucis. 134
 Munus concionatorum. 53

N.

Natura Dei quid. 22
 Natura humana semper alta exuperat. 123
 Neminem debet pudere ab inferioribus baptizari. 79

Nemo à minimis doceri dedignari debet. 61
 Nidus Christi ciuitas Ierusalem. 36
 Nihil debet nos ab obedientia Dei reuocare. 56
 Nihil maius quàm per naturam omnipotentis esse filium. 101
 Nihil promittit Deus quin præstare queat. 117
 Non sufficit in patrem credere, nisi etiam credamus in filium. 133
 Notæ verorum & falsorum doctorum. 142.143
 Notæ & signa saluandorum & electorum. 85
 Nomen Christi quid comprehendat. 131
 Numerus Apostolicus in ver. lege variè præfiguratus. 82

O.

Obedientiæ doctrina. 15
 Oblatio mystica fidelium adumbratur. 71
 Oblatio quibus circumstantiis feliciari debeat. 13
 Obdormire quid. 46
 Oblatio purgandæ mulieris dupl. 71
 Oblationis & redemptionis primogenitorum lex. 72
 Offerendû pro peccatis quomodo. 11
 Officium Messia. 70
 Omnis salus tribui debet cruci Domini. 143
 Omnia quæ potest Deus non statim facit. 13
 Omnia quæ habet Christus suis cõmunicat. 121
 Omnia pro derelicto habere. 63
 Operum bonorum viaticum qui sibi comparauerunt, libenter ex hoc seculo migrant. 76
 Opus Dei. 24
 Oportet nos ita esse affectos proximis, quemadmodum Christus nobis. 72
 Oportet præcinctû esse ad tria. 119
 Opus Dei Euangelium Christi, & Christus ipse adhuc videtur & auditur hodie in Ecclesia. 140

Opes

A L P H A B E T I C V S.

Opes seculi non veræ diuitiæ, sed virtutes. 112
 Opus Apostolicû est prædicare. 88
 Oraculo Isaia Christus Messias esse conuincitur, &c. 98
 Oratio Christi quid nos doceat. 80
 Ordines ciuitatis Dei, inuisibiles & visibiles leges, immunitates &c. 110
 Originem luminarium vnde instituit Ecclesia. 77
 Os nostrum, oculus noster, &c. Christus. 138

P.

Palmes infructuosus fides sine operibus. 124.125
 Passio Christi peccati mortisq; expiatio. 84
 Patris & filij indiuidua operatio. 140
 Patrem nosse quid sit. 72. & filium nosse. ibidem
 Patres restantur in Ecclesia semper paruulos baptizatos fuisse. 81
 Paterfamilias Christus. 17
 Pater quando relinquendus. 10
 Paulus præsertim genitum apostolus & Paulus ante cõuersione qualis. 59
 Partium nostrarum est, Christo offerre spirituales hostias. 71
 Palmites omnes Christi fideles. 121
 Paruuli qui fuerunt & sunt. 90
 Patrem in seipso ostendit Christus Apostolis. 138
 Pauli cõuersio vbi contigerit. 60
 Pauli persecutionis tres causæ. 59
 Petitiones iustas & sanctas Deus libenter exaudit. 75
 Petrus opus habet putatione. 123
 Petri Apostoli cura superuacua. 46
 Petrus & Andreas ad Christi primam vocem omnia negligunt. 10
 Petrorum commercium amplectendum. 132
 Pietatem necessario sequitur afflictio, vt lucem umbra. 132
 Petrorum sortis post hanc vitam. 131
 Placere Deo, & sibi ipsi, quid. 15.16
 Plaga horrenda. 32
 Pollicitatio de exauditione precum in nomine eius. 140
 Pœna pœnarum quæ sit. 124.125

Pœnitentia impiorum fera. 131
 Potentia Dei erga Paulum. 60
 Potentia verbi Dei, viua & efficax. 8
 Promissio Dei amplissima. 2
 Prudentia Mariæ. 102
 Prudentia nostrorû hominum tumida. 90
 Prouidentia Christi in vita & morte. 46
 Præmia æterna. 65. & temporaria. ibi.
 Præmia Christum verè sequentium duplicia. 65
 Promissio Achaz regi facta. 95. signum eidem offertur. ibid.
 Primatus S. Petri constituitur. 43
 Primus aduentus Christi placidus. 76
 Prædicatio à missione pender. 2
 Prædicatio Dei legatio. 3
 Prærogatiua castitatis D. Ioannis. 43
 Pseudodoctorum tituli qui. 143
 Pseudodoctorum signa. 142
 Putatio fructus pacatissimos adfert. 123
 Purgandæ mulieris lex. 72

Q.

Qvando purgamur. 122
 Qui miseri iudicandi in hac vita. 93
 Qui bonorû operum viaticum hic sibi comparauerunt, libenter ex hoc seculo proficiuntur. 76
 Quotuplici ratione Ephesij peregrini. 109
 Quadrifariam angelica salutatione vti licet. 101
 Quomodo impleuerit Christus omnem iustitiam. 78
 Quid in tota scriptura sciri magis necessarium. 101
 Quibus notis Christiani viri insigniri debeant. 51
 Quibus rationibus Maria præ aliis mulieribus benedicta. 100
 Qualis Deum solû scriptura nobis commendat. 83. & quis sit qui Deum non nouit. ibid.
 Quicquid meriti Christus habuit, hoc nobis communitat. 122
 Quomodo Dominus cû Maria. 100
 Ratio

R.

Ratio Apostolica cur non in carne & externis ceremoniis, sed in cruce Domini gloriandū. 143. 144.
 Ratio humana rerum diuinarum percunctatrix. 44
 Rachel plorās, typus matrum pueros suos plangentium. 57
 Reges moraliter qui sint. 115
 Religio catholica, & traditio Apostolica pueros baptizare. 81
 Redemptioni quando sedes David data. 104
 Resurrectio certum argumentum ablati peccati, &c. 84
 Resurrectionem futuram, cur Christus vocet regenerationem. 65
 Rete Euangelicum. 6
 Reditus Christi quid sibi velit. 137
 Regnum Christi non mundanum, sed spirituale. 104
 Resurrectio Christi prædicationis scopus. 88
 Rustica similitudo de vinea quid nos doceat. 122

S.

Sacerdotes morales peculiare, seu ministeriales. 12
 Sancti regibus seculi sunt maiores. 115.
 Sacerdos quid docere debeat. 12
 Salus omnis tribus debet cruce Domini nostri Iesu Christi. 143
 Salus quomodo à Deo parre detur, 86. & ob quam causam detur. ibidem.
 Sancti pro carcere hunc mundum habent. 76
 Sanctorum varia conditio. 45
 Sapientia Dei circa Pauli conversionem. 60
 Sacerdoti veri munus est diuinum, &c. 14
 Sacrificia que minime Deo placēt. 13
 Salus quid sit. 85
 Sapientia & prudentia Pharisæorum & Scribarū vana & arrogis. 50

Satanæ inuentum est quod Anabaptistæ, &c. 75
 Sacerdotes ministeriales qui. 13
 Sancti qui sint imitandi. 41
 Salus à quo solo expectanda. 83
 Scripturæ sacræ deferendum 87
 Sedes duodecim significant vniuersitatem iudicantium. 66
 Sermo Christi solus, non hominis mundat. 125
 Serui oscitantes. 18. fideles, infideles. 18. 19. 20
 Sequelæ Christi insigne exemplum in Paulo. 64
 Signum an in dilectione Dei simus, necne. 127
 Signa Pseudodotorum. 142
 Simeonis canticū continet tria. 76
 Simeonis feruens desiderium. 7 gau dium eius ineffabile. 76
 Simeonis laus & caritas. 74
 Similitudo de gallina quid declarat. 32. 33
 Signa specialia Christi amatoris. 43
 Signis consuluit Deus infirmum Iudaicæ. 106
 Sodaliū impiorum fugitandū. 13
 Sors impiorū post hanc vitā. 130. 131
 Sors & vita saluandorum in hoc mundo. 85
 Spiritus sancti reuelatione & inhabitatione qui digni. 75
 Spiritus Domini ibi est, vbi libera & prompta obedientia, 58
 Spiritus sanctus delectatur in Ecclesiasticis conuentibus. 75
 Stephani fides vera ac fortis. 27
 Stephani inuidia patientia. 10
 Stephanus à Iudæis in quatuor accusatus. 28
 Superbia omnes bonos fructus vitiat. 123
 Supplicium impiorū non minimū quale sit. 131
 Suauius nihil quā mvt ibi sit adoptatus, vbi est vnicus. 135

T.

Tabulæ duæ, & quid per eas intelligendum. 12
 Talis

V.

Talis Deus nunc erga nos est, qualis olim in beatos. 54
 Tēplū Iudaicū cuius typus erat. 29
 Tēpus annuntiationis dominicæ. 98
 Tempus Messæ v̄turi innuitur. 68
 Temporibus medicina prodest. 131
 Testamentum pacis. 119
 Terminos nouit Deus quando sint, &c. 60
 Tertium munus sacerdotale. 14
 Theotocos rectē Maria vocatur. 108
 Thesaurus ingēs verbum Dei. 116
 Thesaurus totius mundi. 44
 Thesaurus singularis & pretiosissimus. 44
 Thomæ confessio. 25
 Thomæ incredulitas. 23
 Thomæ ignorantia & carnalitas. 139.
 Thomæ inspectio & contrectatio nobis profuit. 24
 Timens Dei quis sit. 38
 Tituli pseudodotorū qui sint. 143
 Tituli de Messia vaticinati qui. 105
 Timor filialis. 74
 Timēis Dei & iusti præmium. 39
 Trinitas auctoritatiuē, Christus excutiē iudicabit. 66
 Tribulatio vtilis. 114
 Triplex cōsolatio pro fidelibus. 123
 Tribus duodecim quid significant. 66
 Tria ad sacerdotale munus pertinent. 12
 Turcæ ac Iudæi veram vnius Dei notitiam non habent. 83
 Turbatio inordinata prohibetur. 133
 Turris Babylonica frustra contra Dei templum paratur. 112
 Tyranni quos terrent, ipsi plus metuunt. 56

Verbum Dei instrumentum per quod Spiritus S. nobis datur. 125. verbum Dei dat virtutem sacramentis, &c. ibidem
 Verbū Dei quotupliciter nos munder. ibid. Verecundia Mariæ. 102
 Verbi Dei potētia, viua & efficax. 8
 Verba Christi non sunt pro cuiusque sensu interpretanda. 47
 Verus primogenitus Christus, &c. 7
 Vitis Christus. 121
 Vita piorum & impiorum in hoc seculo dispar. 130
 Virtus pro comite habet inuidiam. 28.
 Vinitor quid factururus sit in frugiferis palmitibus. 122. 124
 Vincentij Lyrinensis canon. 45
 Virginis filius reuera etiam altissimi filius. 104
 Virtus Christi nō est alligata sacramentis. 79. Vitæ inæqualis dispar futurus est exitus. 130
 Virgines verecundia decet. 102
 Virgines ornat silentium. ibid.
 Videre Dei quid. 5. & Christi intuitus. ibid. Vindex miserorum Deus, & pauperum assertor. 132
 Voluntatum consensus. 44
 Vox Immanuel quid doceat. 96
 Vox aquarum multarum quid. 50
 Vox citharæ. ibid.
 Vocatio Dei duplex. 6
 Vocatio nostra ex sola gratuita Dei electione dependet. 67
 Vnusquisque in sua vocatione negotiari debet. 18

Z.

Zacharias propheta occiditur. 36

Liber hic cum suis annotationibus nihil habet S. Romanae Ecclesiae fidei contrarium, aut Reipub. offensiuum: imo dignus est qui rursus imprimatur orantibus legendus. quod testor

Sebastianus Baer Delphius, Coll. Ecclesiae S. Mariæ Hantuerpiensis Elebanus.

I
IN FERIIS DIVI ANDREÆ

APOSTOLI, EPISTOLA

AD ROM. X.

FRatres, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non est distinctio Iudæi & Græci: Nam idem Dominus omnium, dices in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias autem dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Rom. 10.



PERICOPE apta, hoc est, partialis amputatio totius orationis, ad memoriam Apostolici ministerij. Nam & quibus, & quid prædicarint, pulchrè ex hoc loco intelligitur: Prædicarunt omnibus, & cum primis gentibus, cum Iudæi nollent, Act. 13. Prædicarunt autem saluberrimam atque sempiternam pacem. Porro, vt iuxta Pauli ordinem procedamus, agit ille de vocatione Gentium, gentes etiam pertinere ad regnum Christi, & participatum Euangelij. Idque,

Apostoli quibus primam prædicarunt.

1 Proponit: Non est distinctio Iudæi & Græci, æquè admittuntur ad salutem, & vtrisque prædicandum Euangelium. Quia non est Deus Iudæorum tantum, sed & Gentium. Rom. 3.

2 Probat hanc propositionem: Primo, A communi Dei in omnes potestate, de qua etiam Rom. 3. Vnus omnium Dominus, id est, omnes eius sumus: igitur omnium rationem habet, omnibus dominatur. Ergo ab omnibus agnoscendus & colendus. Omnis qui fidit illi, non pudebit, dicit scriptura, Isai. 28. Item Ecclesiastici 2. Respicite filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in Domino, & cõfusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Quin potius (vt Ieremias ad Dominum loquens ait, cap. 17.) omnes qui ipsum derelinquunt, confundentur. Et rursus alius Propheta, Confundantur omnes, inquit, qui adorant sculprilia. Secundo probat ab exposita Dei erga omnes misericordia, ne quis potestatem modo generalem esse putet. Commendat autem Dei mi-

deo qui fidit, non pudebit. Misericordia dei commendatur à beneficentia.

A a icricor-

*Deus diues
in omnes*

fericordiam, Primo ab exuberante sua beneficentia: *Diues est in omnes*, sicut etiam ait ad Ephes. 2. largiendo scilicet & iuuando: quod vel corporales eius benedictiones satis docent, quas cum ita passim fundat, non est cōsentaneum à spiritualibus, & præferrim noui testamenti bonis eū gentes iam excludere. Diues, inquā, est in donis fortunæ, in donis veniæ, in donis gratiæ, & in donis gloriæ. Psal. Gloria, inquit, & diuitiæ in domo eius. Iac. 1. Dat omnibus affluenter, & non improperat. Omne datū optimum & donum perfectum desursum est descendens, &c. Quam diues sit in misericordia, vide etiā Matt. 18. & Luc. 15.

Ab inuocacione.

Deinde commendat eam à facillimo cōsequendi modo, qui est inuocatio, diues est in inuocātes. *Omnis enim quicumq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Ioël. 2. Aēt. 2. Spectat ergo non Iudæos tantū velut doctos, puros, operosos, sed in genere, quotquot egēt, p̄tunt, fidunt, quales etiam inter gentes, & cōplures quidē, deprehendit, inter quos non ex minimis fuit Eunuchus ille Aēt. 8. qui interroganti Philippo, num crederet, respondit: Credo filium Dei esse Iesum Christum. Et descenderunt vterq; in aquam Philippus & Eunuchus, & baptizauit eum.

Ab amplissima Dei promissione.

Commendat insuper eandem Dei misericordiā ab amplissima Dei promissione, quā expressè facit cunctis inuocantibus, sicut Ioël docet, qui apertè tollit, quicquid fuit aut impedimēti aut discriminis inter gentes & Iudæos. Quod clarè reuelatum fuit B. Petro in linteo de cælo in terram submisso. Aēt. 10. &c.

Atq; istæ quidem rationes, vt de Deo Patre, sic de filio quoque possunt intelligi. Nam Dominus omnium constitutus est, non Iudæorum tantū.

*Matth. 11.
Domini in nomine exaudimur.*

Ditissimus fuit in fundendo suo sanguine, proq; omnibus abundanter fudit, omnes item ad se vocat.

Ipsam nomen Domini est, in quo exaudimur, Ioan. 16.

Ipsam item medium in quo omnes exæquantur, omnes admittuntur, Ioan. 10. & 14. 1. Tim. 2.

Probat eandem à coniunctis illis: Primo inuocatione & prædicatione, nam ex eo quod promissio generalis est, vt modo dictum, infert Paulus prædicationem quoque generalem esse oportere: idque hac gradatione: nemo inuocabit, nisi credat: nemo credet, nisi audiat: nemo audiet, nisi prædicetur. Ergo vt iuxta promissionem omnes possint inuocare, omnibus etiam prædicandum.

Prædicatio à missione pendet.

Deinde missione & prædicatione: nam cum prædicatio à missione pendeat, missio vero ad gentes quoque destinata sit, concludit Paulus, prædicationem quoque eis hinc deberi; atq; eo refert locum Esa. 52. Naum. 1. quem ad gentes quoq; pertinere satis ea quæ sequuntur ibi, docent. Vtinam hæc attendant Ecclesiarum Episcopi consecrati, qui dum ad exterarum & barba-

ras

ras regiones cum Euangelico volumine & baculo destinatur, interim domi remanent desides: & pertimescant ne sanguis illarum ouium extremo in examine de manibus eorum requiratur.

Porro singula ista argumenta sicut propositionem probant, *Ezech. 33* sic permulta simul docent. Discis hinc:

1 Quam moderatè, quam amanter inter nos vinendum.

Ad modestiam hinc hortatur Paulus, Ephes. 6. cum de seruis agit, d. Serui obedire dominis vestris carnalibus cum timore, & tremore: in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt seruū Christi facientes voluntatem Dei ex animo. cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus. Scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus siue liber. Et vos domini. eadem facite illis remittentes minas, scientes quod illorum & vester dominus est in cælis: & personarum acceptio non est apud eum. Ad charitatem. 1. Tim. 2. cum de precibus agit: Obsecro, inquit, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, &c.

2 Quam magnifice cum de generali Dei providentia, tum de singulari eius acceptatione sentiendum. Quo ad illam viuimus ex plenissima benignissimæque Dei manu, Psalm. 104. Quo ad hanc exuberat Dei gratia supra omnem peccatorum molem: modo illam fide apprehendas, Romanorum quinto, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.

3 Quæ verissima omnis nostræ sit penuriæ causa, quæque vera ditescēdi ratio: illic obstat precum intermissio, Iacob 4. Hic profuerit nobis frequens & legitimus earundem vsus, Matthei septimo: Petite & accipietis.

4 Quanta fidei & precationis sit cognatio, cum quod paulo *Fidei & precationis cognatio.* supra fidei, hic precationi ascribatur. Item quæ verissima inuocandi ratio, nempe, quæ ad verum Deū iuxta eius normam instituitur: nā vtrumq; horum nomen Dei exigit. 1. Ioan. 3. & 5.

5 Inuocationem naturaliter comitari fidem, nec deberi vlli, nisi cui & fides debeat, id est, soli Deo, Matt. 4.

6 Fidem non complecti sensa nostræ rationis. Heb. 11. neque subijci magisterio rationis. 1. Corint. 2. sed complecti documenta verbi Dei, cui & soli subest, & auditu eius comparatur, non natura nobis inest.

7 Auditum non internū & occultum hic intelligi, sed externum, atque ideo esse summum vsus prædicationis, simul verò diligenter attendendum, quid vel audiatur vel dicatur: nam pro verbi ratione comparatur quoq; vel humana, vel diuina fides.

8 Prædicationem agnoscendam esse pro legatione Dei. 2. *Prædicatio Dei legatio.* Corinth. 5. Pro Christo legatione fungimur, &c. Et vicissim hanc testandam esse prædicationem, Mat. 28. In illo populus,

A 2 2

in hoc

In hoc ministri sæpe peccant, & cum primis Pontificij, canes muti non valentes latrare, Isaia 9.

9 Discimus quod ad Isaia testimonium, 1. Splendidissimum esse ordinem ministrorum verbi. 2. Sed humilimum simul esse, nempe, viatorium, Marc. 16. Ioan. 15. 3. Cursum ministrorum ad docendam pacem dirigi oportere. Matth. 10. Luc. 10.

4 Et verissimam esse pacem eam, de qua Euangelium & ministri eius sonant.

Hæc in hisce verbis de vocatione gentium, nostrum fuerit, vt qui gentes fuimus, gratiam hanc agnoscere, & prædicationem verbi colere, vtque semper vigeat, missionem Dei flagitare, quod per veram fidem, crebram inuocationem, & cælesti pace & æterna gloria certò tandem potiamur, Amen.

EPILOGVS.

1 Ratio iustificationis & regenerationis hic exponitur, quæ à fide non à ceremonijs dependet, cum Spiritus Dei homini conceditur, vt suam carnem mortificet, desistit à prava consuetudine, displicent ei ea quæ deo aduersantur, nam illa mortificatione nascitur desiderium, vt viuamus iuxta voluntatem Dei: corde credimus ad iustitiam, ore confitemur ad salutem etiam aliorum.

2 Communis ordo Dei est, vt fides sit ex auditu, auditus per verbum Dei. Suscipientes ergo verbum & spiritum, in nobis fidem operantem, ita vt vitam cupiamus emendare, signum est nouæ regenerationis.

3 Decori sunt pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona, & tamen raritas est credentium Euangelio: Angusta porta & stricta via quæ adducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt illam, Matth. 7. Hinc horrendum iudicium manet mundum, qui spiritum veritatis non vult capere.

IN FERIIS EIVSDEM APOSTOLI, EVANGELIUM.

Matth. 4. **I**n illo tempore: Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: illi continuo reliktis retibus & nauis, secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauis cum Zebedæo patre eorū, reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim reliktis retibus & patre, secuti sunt eum.

Charitatis doctrina.

Hoc Euangelio de tertia vocatione agitur, qua hos fratres ad Apostolatū vocauit. Aderat enim tempus quo chorū aliquem discipulorum colligeret, quos familiares haberet, & testes omniū quæ faceret & diceret, & per quos alios deinceps doceret, iuxta illud Acto. 1. Vos eritis mihi testes in Hierusalē & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Hinc Apostolus. Hebr. 2. Quæ cum initiū accepisset enarrari per dominum:

minum: ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, &c. & proponuntur nobis tres doctrinæ.

1 Charitatis, in Christo, qui ambulabat iuxta mare Galilææ. Est autem considerandum, non casu aut fortuito Christū illac ambulasse: sed secundum æternum suum propositum quos ad suam gloriam, & Ecclesiam, & Apostolicam dignitatem æterna sua prædestinatione præordinauerat, tunc ambulando iuxta mare Galilææ quæsiuisse: cuius rei meminit Apost. Ephes. 1. Elegit nos, inquit, in ipso ante mundi constitutionem, &c.

Hinc docemur, Andream & Petrum quauis ad vitam æternam prædestinatos ac præordinatos, nunquam tamen Christum solis suis viribus quæsiuisse, neque agnouisse. Sed Christus ipso quæsiuit, ad ipsos prior accessit, ipsis cognoscendum se præbuit, & ipsi vnde ipsum cognoscerent dedit, iuxta illud, Isa. 65. Palam apparui iis, qui me non interrogabant: inuentus sum à non quærentibus me. Lucæ 10. Nemo scit quis sit filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Item Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Marthæi 11. Nemo nouit filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Paul. Roman. 9. Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. & Lucæ octauo, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: vbi considerandum est verbum illud (datum) magnam enim emphasin habet: nisi datum fuisset, nunquam agnouissent.

Sciamus hinc nos itidem Christum non quæsiuisse, neque inuenisse: sed ab ipso nos vocatos fuisse & quæsitos vt perditos, inuentos vt errantes. Tantum igitur beneficium, & tantam gratiam admirantes, dicamus cum Paulo: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei. Rom. 11.

Vidit duos fratres, Petrum & Andream mittentes rete in mare. Est autem hic considerandum Christum non vidisse illos duos fratres, sicut cæteri homines vident: nec vidisse illos, sicut viderat Pilatum, Annam, Caipham, ac reliquos suos crucifixores: nam in hoc loco, & alijs quibusdam scripturæ sacræ, videre Dei idē est, atque Iesum corda hominum mouere, suamque gratiam impertiri, de qua Sap. 4. dicitur, Gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Sic vidit & respexit quamplurimos, Matthæum in telonio, Matth. 9. Zachæum in arbore, Luc. 19. Nathanaëlem sub ficu, Ioan. 1. Iaironē in cruce, Luc. 23. Peccatricem in conuiuio. Luc. 7. & hos discipulos in piscatura vt sequerentur. Nec est intuitus ille Christi simplex, aliqua hominum cognitio, sed est interioris cordis dulcissima & efficacissima penetratio, quæ tangit & vulnerat, carnem, ossa, medullam, sanguinem, animam, spiritum cor, præcordia &

omnia interiora commouet, & ad Dei amorem incitat, ad fidem trahit, ad obedientiam format, ad Christum sequendum inducit, ad omnia propter eundem contemnenda promptos facit, hoc olim paruit in Prophetis, nam ita puerum citharodum vidit & Psalmistam eum fecit. Sic armentarium Amos sycomoros vellicantem vidit: & prophetam eum fecit. Sic puerum Danielem, abstinētem vidit, & eum iudicem senum constituit. Hoc idem constat hic ex Apostolis. Nam ita eos vidit, vt suo diuino visu eorum mentes illustrauerit, vt in ipsum crederent, volūtatem ita inflammauit, vt ipsum amauerint: animi ita perfecit, vt ad ipsum mox sequendum promptos fecerit: hinc Iob 10. Nōne oculi carni tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu vides? Vulnerasti cor meum in vno oculorū tuorum, Cantic. 4. Item Iob 40. In oculis eius quasi hamo capiet eum. Oremus Christum, vt ita his oculis nos videat, vt corda nostra vulneret suo visu, suisque oculis quasi hamo nos capiat, atque ad se sequendum amādumque commoueat: sicut videndo hos commouit Apostolos, dicentes hoc Psalmographi: Aspice in me domine & miserere mei.

Christi piscatio.

Rete Euangelicum.

Beatum de proprio labore viuere.

Ierem 2. Vocatio Dei duplex generalis & specialis.

Videt eos mittētes rete in mare. Fuit hæc piscatio magna & eximia operis illius significatio, ad quod ministerio eorum vti voluit dominus: Sicut enim in stagno iam hic eijciebāt retia ad capiendos pisces in pernitiē, ita voluit quoque eos rete verbi diuini & sermonis sancti ex varijs scripturarū locis hinc inde contextum eijcere in mare mundi huius ad capiendos homines in salutem. Fuit hæc piscatio longē antē prædicta à domino per Ieremiam 16. cap. Mittam piscatores multos, & piscabuntur eos: & homines appellatione piscium intelligi prædictum fuit Abac. 1. Facies hominis quasi pisces maris.

Erant enim piscatores, labore victū quærentes, iuxta illud Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Laudabile, imo beatū est de proprio labore viuere, dicere nimirum Psal. 127. Labores manuum tuarū quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit: sed vix illis qui bonis iniquè partis viuunt in diē tāquam fruges consumere nati, qui carnē pauperum deuorant & sanguinem bibunt. Eccles. 13. Bona est substantia, cui nō est peccatum in conscientia, de substantia scilicet malè acquisita, per se vel per parentes suos. Cum illis iudicio cōtender domiaus, in quorum oris vestimentorum inuentus fuerit sanguis animarum pauperum, & innocentium.

Vocauit eos dicēs, Venite post me: faciā vos fieri piscatores hominum. Est autem cōsiderandum, vocationem Dei esse duplicem, generalem ad Ecclesiam, de qua Genes. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: & Matthæi 11. Venite ad me omnes, &c. Hæc vocatio ad omnes pertinet, quia omnes vocat Deus ad op-

operandum in sudore vultus sui, non ad oriandum: Et specialem siue singularem ad dignitatem, de qua Matth. 4. Marc. 1. & Iohan. 1. Hæc vocatio ad eos tantum pertinet, qui ad vitam & dignitatem præordinati sunt.

Est autem vocatio iterum duplex, simplex: De hac iam egimus. Et secundum propositum, de hac loquitur Paulus Rom. 8. Is qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ephes. 1. Secundum propositum voluntatis suæ.

Vocantur enim quidam immediatē à Deo: vt Prophetæ & Apostoli. Quidam per media: vt discipuli Prophetarum & Apostolorum. Quidam neque à Deo, neque ab hominibus: vt Pseudoprophetæ, Lutherani, Brentiani, Anabaptistæ, Sacramentarii, & Calvinistæ, de quibus Ierem. 23. agitur.

Vocauit autem Christus hos & alios simplices ac indoctos, propter tres causas. 1. Vt potētia Dei vniuerso mundo innotesceret, & ne fides credentium non virtute Dei, sed eloquētia atque sapientia humana fieri puraretur: Euangelium Dei virtus est, ait Apost. Rom. 1. in salutem omni credenti, qui loqui fecit asinam Balaam, Name. 22. Hic quoque facit linguas infantium disertas, Sapient. 10.

2. Ne quis existimaret Deum resp. ceteras personas, aut diuitias, nobilitatē, potētiā, &c. Act. 10. i. Rom. 2. Col. 3. & Iaco. 1. Vt discant hic penes quos est electio Episcoporum, Præpositorum, Pastorum, &c. ne ita temerē personarum tantum habito respectu, diuites, potentes & nobiles plebibus præficiant: aut venatoribus suis, aucupibus & culinariis sacerdotia conferant, nihil aut certē parum attendentes doctrinam, eruditionem, morum probitatē, cæteraque ad huiusmodi functiones pertinentia, contemptis & neglectis interim dignioribus, melioribus, magisque idoneis, quod nūc pro dolor in magna Christianismi parte factum cernimus, vnde vix dici potest quantum detrimenti fidei nostræ, & Ecclesiæ sanctæ accesserit Consultissimè Moysen fecisse legimus, iuxta consilium Iethro, Exod. 18. dicentis: Prouide de omni plebe viros sapientes & timentes Deū, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiā, & constitue ex eis tribunos, centuriones, quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi si minora tantum iudicēt, &c.

3. Quo facilius & promptius homines sequerentur, maximè rudes & simplices. Nam docti, diuites ac nobiles nō ita facile veniunt, sicut patet Matth. 22. & 19. Luc. 14. Hinc Apostolus ait 1. Corinth. 1. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, &c.

Venite post me, ait, significans nimirum omnes animarū cu-

Indoctos cur vocauit Deus.

Episcoporum & pastorum electio penes quos.

*Animarū
curatores
Christum
sequi de-
bent.*

ratores ipsum sequi debere, vt quisque eorum verè cum ipso Iob. 23. dicere posset, Vestigia eius sequutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea, &c. Talis sequutor fuit Paulus, qui & alios ad sequendum illum cohortatus est. 1. Corinth. 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Venite, inquit, post me: ac si dicat, Sequamini me, verbū meū audiendo, verbo meo vos submittendo, sequamini me, credēdo & obaudiendo, crucem suam quisque post me ferendo, mutuam inter vos charitatem seruando. Sequamini vt discatis ex me sacramentum crucis artem longè excellentiorem ea, quam à parente vestro Iona didicistis, nēpe, qua in hominum piscatores abibitis, pro pisciculis porro homines piscaturi, nō ad necem, sed ad vitam.

*Apostoli
ad quid pi-
scaturi
missi.*

Faciam vos fieri piscatores hominum. Non autem nummorum, honorum & beneficiorum. Verbi huius meminerint Episcopi, Pastores, & verbi Dei ministri, vt & ipsi piscatores fiāt hominum, non censuum, reddituum, nec beneficiorum, ne tanquam asini chitellarum oneribus onusti, sub ipsis succumbāt. Non enim debet verbi Dei declamator prædicare vt edat: sed edere debet vt prædicet, cui ex Dei ordinatione debetur victus & amictus. quod Paulus triplici ratione pulchrè declarat 1. Cor. 9. Qui & de seipso testatur 1. Cor. 10. quod non quaesierit quod sibi vtile esset, sed quod multis, vt salui fierent. Item 2. Cor. 12. sic ait, Non quaero vestra, sed vos.

*Doctrina
liberi arbi-
trij obedi-
entis.*

*Potentia
verbi Dei,
viva & ef-
ficax.*

*Bonitas
Dei vocan-
tis magna.*

2 Liberi arbitrij obedientis. Nā viso Christo, & audita eius voce, mox euestigio relinquunt & deserunt nauem, retia & patrem. In qua desertione apparet potentia verbi Dei, quæ adeo est viua & efficax, vt corda auersa à Deo admiranda virtute ad Deum conuertat. Ierem. 23. In qua etiam apparet bonitas Domini vocantis, quæ adeo est magna, vt indignos ad se vocet, Ioan. 15. In qua desertione terriò apparet natura fidei, quæ credentes statim intellectum in suum obsequium docet captiuare. 2. Cor. 10. Huc quadrat historia de Elisæo. 3. Reg. 19. qui quamuis cum duodecim bobus araret, tamen quamprimum pallium suum illi iniecit Elias, relictis bobus, currebat post eum. Talem quippe obedientiam à nobis Christus efflagitat, vt neque punctum temporis differamus, etiā si nos aliquid necessarium vrgere videatur, quādo nihil cuique charius esse debet animæ suæ salute, vnde & iuueni petenti à Domino vt abiens prius sepeliret patrem suum, quamuis interim sepultura parentis sit opus pium: tamen respondit, Tu me sequere, & sine vt mortui sepeliant mortuos suos.

Matth. 8.

*Cælum est
venale.*

Non autem hic spectandum est lacerum rete, aut nauicula fatiscens, sed paratus animus. Multum enim reliquerunt, qui omnia quæ habebant, vel habere poterant, deseruerunt. Cælum enim

enim venale est: si multa tibi sunt, magno cōstat pretio: si pauca tibi sunt, paruo pretio constat: regnum Dei tantum valet quantum habes, Nam Zachæus bonorum suorum dimidio. Lu. 19. Vidua gemino ære minuto. Luc. 21. Discipuli nauicula & reti. Matth. cælum sibi compararunt.

Discant hinc pauperes; Deum nō magnifacere magna munera, amplissimaque dona, sed animi liberalitatem. Hilarem enim datorem diligit Deus 2. Cor. 9. Piscatores, opifices, ac mechanici omnes sua paupertate regnum Dei sibi poterunt comparare, imò calice aquæ frigidæ potest aliquis mercari regnum cælorum, Matth. 10.

*Animi libe-
ralitatem
Deus mag-
ni facit.*

Deinde sequuntur Christum. Est autem duplex sequēdi ratio, corporalis & spiritualis. Sequi autē Christū corporaliter nō est cuiusuis, sed corū tantum, qui expressum Dei mandatū habent, vt Abrahami, Genes. 12. Petri, Andree, Iacobi, Ioānis, Philippi, Matth. 4. & Ioan. 1. Sic Christianus quisque cum propter Christum aut eius sponsam Ecclesiam catholicā Romanam à tyrannis, vi ab vxore, & liberis, ab agris & ædibus euellitur, & in manus lictorum traditur: non modò spiritualiter, verum & corporaliter Christum sequi debet.

*Duplex se-
quendi
Christum
ratio.*

Sequi autē Christum spiritualiter est omnium Christianorū, quisque enim piorum eo debet esse animo, vt quando, vbi, & quacunque hora Christus velit, & gloria Dei exigat, sit paratus ac promptus relinquere omnia, & propter veritatē, mortem oppetere. Talis sequutor Paulus fuit, Philippen. 3.

Imitatio tamen spiritualis fieri potest sæpe sine corporali, ita, & si complures Catholicorum à Turcis capti, corpore captiui detinentur, adeò vt nec templa accedere, nec sacro interesse, nec sacramenta suscipere possint: spiritu tamen Christum sequuntur & amant, Corporalis autem imitatio fieri nec potest, nec debet sine spirituali: ita qui Christiani sunt, quamuis baptizati sint, nisi tamen spiritu Christum amantes sequantur, sciant carnem & sanguinem in regnum Dei non admittenda, Ideo docet Paulus, spiritu ambulate, Gala. 5. Et caro nō prodest quicquam, Ioan. 6. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.

*Imitatio
spiritualis.*

Corporalis.

1. Cor. 15.

Sequuti autem sunt Christum, humilitate & mansuetudine, paupertate, quia reliquerunt propter Christum omnia, pietate & doctrina, prædicabant enim verbum Dei: passione cruce, & morte tandem consecuti sunt vitam æternam. Ita & nos Christum sequentes, vitam æternam cōsequemur. Admiratur hanc discipulorum fidem B. Gregor. d. Nulla Petrus & Andreas Christum miracula facere viderant, nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant, & tamen ad vnū Domini præceptum, hoc quod possidere videbantur, obliti sunt.

Et quāta nos, inquit, eius miracula videmus, quot flagellis affligimur, quantis minarum asperitatibus deterremur, & tamē vocantem sequi contemnimus. In cælo iam sedet, qui de conuersione nos admonet: Iam iugo fidei, colla gētium subdidit, iam mundi gloriam strauit, iam ruinis eius crebrescentibus ditrici iudicij sui diem appropinquantem denuntiat, & tamen superba mens nostra non vult hōc spē dimittere, quod quotidie perdit inuita, 1. Tim. 6.

Obediētiæ doctrina. Petrus & Andreas ad primā Christi vocem omnia negligunt.

3 Obediētiæ doctrina proponitur, quam Andreas & Petrus vocationi Christi præstiterunt. Nam ad primam Christi vocē omnia negligunt, non curant vxores, nō filios, non patres, nō res, nec rerum suarum iacturā pertimescunt: sed aliquid magni se inuenisse putantes, mox absque mora Christum sequuntur. O felices viros. O admirandam obedientiam. O dulces animos, qui ita Christo parent, vt propier eum quē pauperem videbant, nec semel antē conspexerant, suas diuitiolas, notos, atq; familiares relinquāt. Vnde nostra cōuincitur peruicacia, atque obduratio, qui ad tot, ac tantas voces Christi vocātis per Prophetas, per Apostolos, per Angelos, per miracula, per internas inspirationes, ad Christum venire negligimus, sicut ostensum est ex verbis D. Gregorij. Sed quare veniunt Apostoli? quia voluerūt. quare crediderunt? quia visum fuit illis, & vt illis ita videretur, Deus in illis operatus est. Aug. Gratia non tollit liberum arbitrium, sed confirmat: perficit, non destituit.

Suorum domesticorum cura habenda.

Et procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi & Ioan- nem fratrem eius in nauicula Zebedæo patre eorum. Summa virtus est pascere patrem senem, idque iustē partis sumptibus. Qui suorum maximē domesticorum curam non habet, fidē negauit: hinc Eccl. 3. Fili suscipe senectā patris tui, & non contuites eum in vita ipsius, & si defecerit sensu, veniā da, & ne spernas eū in virtute tua, elemosyna enim patris non erit in obliuionē. Vtinam & nostri nauicula nō de iniquē partis, aut violētia extorris, sed de iustis suis laboribus sese enutriāt.

Pater quādo relinquendus.

Vi. lit eos sarcientes retia sua, & vccauit eos. Pauperes erāt: & quia non poterant emere noua, reparauerunt vetera. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Apparet Zebedæum non credidisse, & propterea reliquerunt eum: Non quōd bonum sit relinquere parentes, sed quia fortasse impedimento futurus erat sequentibus Christū. Vides hīc quādo oportet relinquere patrem, nempe, quando obstat virtuti & pietati & Christianæ religioni. Hieronymus. Per calcarum patrem et matrem transi ad consortium seruorum Christi, Mat. 10. Qui amat patrem aut matrē plus quā me, non est me dignus, &c.

Hi quoque vt viderunt priores sequentes Christum, merito secuti sunt et ipsi, quorum exemplo docemur et nos imitari eos

eos & sequi quos videmus post Christum ire. Cum bonis ambula, inquit Cato. Et Apost. Obseruate eos qui ita ambulant Philip. 3. sicut habetis formam nostram.

EPILOGVS.

1 Hic primatui Petri, sacerdotalique ordini, qui pontificia auctoritate est, prælium præmittitur: ne tanti ponderis res, tot hostes habitura, certis & ijs grauissimis auspicijs carere videatur. Aderat namque tempus quo chorum aliquem discipulorum colligeret, quos familiares haberet, & testes omnium quæ faceret & diceret, quos tandem in suum locum sufficeret, & per quos alios deinceps doceret: hinc Apost. Heb. 2. Quæ cū initium accepissent enarrandi per dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata sunt

2 Noluit Dominus Euāgelij gloriā vllis mundi præsidij inquinari, vnde non Philosophos, non Regum filios, non Phariseos, non Sacerdotes, non opulentos elezit aut misit, sed teste Hieronymo, piscatores & illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non virtute Dei, sed eloquentia atq; doctrina fieri putaretur, vt humiliemur omnes docti & indocti. Nam quæ infirma sunt apud homines, fortia sunt apud Deum, 1. Corint. 1. Mittuntur non ad capiendos nummos, sed homines.

3 Plenam conuersionis & obedientie formam ad Deum, discere licet Conuersio- ex his quatuor Apostolis, secundum duas partes iustitiæ, declinando à nis et obemalo & faciendo bonum, Psalm. 36. Qui etiam occasiones reliquerunt diuitiæ peccatorum: scilicet sua, Matth. 19. Luc. 14. surs. Luc. 14. Matth. 10. forma. denique seipsos, Luc. 14. Marc. 8. Matth. 16. Relictis retibus & patre, secuti sunt Iesum.

IN FERIIS DIVI NICOLAI

EPISCOPI, EPISTOLA.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est Eccle 44- iustus & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est in- & 45. uentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam: benedictionem omnium gētium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis, conseruauit illi misericordiam suam, & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificauit illum in gloria, fungi sacerdotio, et habere laudem in nomine ipsius, et offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis.

IN hac Epistola beatus iste Christi confessor de tribus ab Ecclesia magnificè commendatur, quemadmodum olim sancti patres vet. testa. à synagoga commendati sunt.

D. Nico- laus à tri- bus com- mendatur.

1 Pri-

Tria ad sacerdotale munus pertinent.

Quid doceat & quid debeat sacerdos.

Tabule duae, & quid per eas intelligendum.

Isa. 24. Sacerdotes morales, sacerdotes peculiare, seu ministeriales.

1 Primum est veneranda sacerdotalis dignitas, Quae notatur cum dicitur: *Ecce sacerdos*. Tria sunt autem quae ad sacerdotale munus pertinere noscuntur, videlicet. 1 Populum docere: de quo per Ezechielem 44. Dominus loquitur, dicens: Sacerdotes populum meum docebunt, quid sit inter sanctum & pollutum, inter mundum & immundum, ostendent eis. Et rursum per Malachiam 2. cap. dictum est: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requireret ex ore eius. Hinc Leuit. 13. inter lepram & non lepram iudicandi facultas solis sacerdotibus per legem data est. Debet autem sacerdos docere quid faciendum, quid fugiendum & prudenter quid pollutum sit, quid sanctum discernere, quid proinde credendum sit, & quid sperandum. Debet quoque docere populum sacerdos, non ex proprii sensus adinventione, sed ex praescripto legis Dei. Vnde ad Moysen à Domino dictum est, Dabo tibi duas tabulas, & leges ac mandata quae scripsi, ut doceas filios Israel. Per duas tabulas vel legem veterem & nouam, vel duo charitatis praecipua possumus intelligere. Talis doctor Esdras olim fuit, de quo scriptum est Neem. 8. quod attulit legem coram multitudine virorum & mulierum, & aures omnis populi erant erectae ad librum. Stetit autem Esdras super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum, vnde etiam super omnem populum eminebat. Et legit in libro legis Dei distincte & aperte ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Debet quippe sacerdos docens non modo situ corporis, sed multo magis sublimitate mentis terrena transcendendo, supra vulgus eminere, ne iure queratur Propheta, dicens, Sicut populus, sic & sacerdos.

2 Acceptum Deo sacrificium offerre. Considerandum hic quosdam esse sacerdotes morales, & quosdam peculiare seu ministeriales. Primus per B. Petrum 1. can. 2. dicitur: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis (totam nimirum Ecclesiam sacerdotium sanctum compellans) offerentes, inquit, spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Et Paulus ait, Hebr. 13. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiae autem & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Exhibeatis iterum, inquit Roma. 12. corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Quibus etiam per Prophetam dicitur: Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino. Quae non solum ad sacerdotes peculiare seu ministeriales dicta sunt, sed ad Christi fideles vniuersos: debemus ergo pro peccatis nostris offerre Domino, non modo nostra, uti quondam faciebat Israel secundum carnem, sed nos ipsos. Siquidem de

corde

corde nostro offerre debemus peccati detestationem, & propositum vite melioris, de ore admissorum humilem confessionem, precationem, gratiarum actionem, & vocem laudis: De corpore vero mortificationem membrorum nostrorum quae sunt super terram, Coloss. 3. & spontaneae crucis quotidianam baiulationem, Matth. 16. de ea nihilominus quae extra nos est temporali facultate, promptam & hilarem in pauperes erogationem. Prouerb. 3. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, &c. Considerandum tamen haec sacrificia Deo minime placitura, nisi fiat secundum legis praescriptum, hoc est, sine pelle ostentationis & instantiae: de qua Matth. 23. dicitur, Omnia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Nam tales hic recipiunt mercedem suam, Matth. 6. Sine melle propriae complacitiae, propter quam Pharisei decimae & ieiunia Domino non placuerunt, sicut patet Matth. 23. cum iuxta sententiam B. Iob impietas sit maxima, Iob 31. Sine felle iracundiae, odij, seu cuiusuis amarulentiae, quia Dominus in Euangelio dicit, Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. Sine fermento cuiusuis peccati & inquietae conscientiae, sicut docet Apostolus 1. Cor. 5. Auferte, inquit, malum ex vobis, &c. Debet proinde secundum eiusdem legis typum oblatio nostra nonnullis fulciri circumstantijs, ut sit accepta, Leuit. 2. Debet fieri primo cum thure orationis, iuxta Psalm. Dirigatur, inquit, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo Domine. Debet fieri cum sale discretionis, ut ne quid nimis, sed rationabile obsequium nostrum, Rom. 12. Debet fieri cum sanguine, id est, recordatione passionis, & effusi sanguinis Christi Domini redemptoris, non enim nisi per virtutem oblationis suae, prodesse nobis potest, aut esse Deo gratum quicquid obrulerimus patri. Ipse est enim altare nostrum, super quo solum legitima Deo sacrificia possunt offerri. Nam sine fide impossibile est placere Deo, Hebr. 11. Debet tandem fieri nostra oblatio cum capite & cauda, Leui. 3. & 22. quo nimirum perseverantiae virtus commendatur. Non enim qui quantumlibet bene inchoauerit, sed qui perseverauerit usque in finem, saluus erit, Matth. 10. Et haec de sacerdotibus moralibus & sacrificio eorum.

Porro sacerdotes peculiare seu ministeriales sunt, qui ad ministrandum in Ecclesia sunt legitime consecrati, quorum munus sine graui sacrilegio sibi vendicare non potest, quisquis hoc modo sacerdos non est. Paruit hoc olim in Ozia rege, 2. Paralipom. 26. qui plaga leprae à Deo percussus & à regno abiectus est, quia inconcessum munus sacerdotis, elatus superbia, in domo Domini vendicare sibi non timuit. Sacerdotibus istis

Pro peccatis offerendum, & quomodo.

Quae sacrificia Deo minime placent.

Leuit. 2.

Oblatio quibus circumstantijs fulciri debet.

Sacerdotes ministeriales, qui.

istis per Zachariam 2. cap. Dominus loquitur, dicens, Qui vos tangit, quasi pupillam oculi mei tangit. Quibus & per semetipsum ait, Luc. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. In fauorem illorum Deut. 17. scriptum est: Qui superbia nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat, ex decreto iudicis morietur homo ille, ut nullus deinceps intumescat superbia. Quod insuper à populo sustentandi sint. Deut. 18. exprimitur. Non habebunt Sacerdotes & Leuitæ partem & hæreditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hæreditas eorum. Hinc etiam per Oseam dicitur 4. cap. Peccata populi mei comedent.

Tertium munus sacerdotale.

3 Ad sacerdotale munus pertinet, populum peccatorem precibus & sacrificio Deo reconciliare, unde Leuit. 4. legitur: Si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit contra mandata Domini, rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis Dominus. Si peccauerit princeps, & fecerit quod lege Domini prohibetur, rogabit pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, ut faciat quicquam de his quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum suum, rogabit pro ea sacerdos, & dimittetur ei. Hinc rursum de eisdem Ioel. 2. dicitur: Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominantur eis nationes. Iraque veri sacerdotis munus est diuinam clementiam pro peccatoribus interpellare. Hoc munere functus est Moses Exod. 32. orans pro populo. Unde et in laudem eius decantat Sirac: In tempore iracundiæ magni est æstimator, hoc est, factus est reconciliatio. Et quantum valeat pro populo sacerdotis deprecatio, patet Num. 16. in Aarone, qui cum ex iussu Moysi cum thuribulo medius inter Deum & populum, et inter mortuos et viuentes cucurrisset, plaga cessauit. His tribus muneribus sacerdotalibus peroptime functus est in Ecclesia B. Nicolaus.

Magnitudo virtutis triplex. Corporalis.

2 Secundum est magnitudo virtualis huius B. Confessoris Christi, quæ notatur in hoc verbo, *Magnus*. Quocirca considerandum est triplicem esse magnitudinem, à qua homines diuersimodè magni denominantur. Vna est magnitudo corporalis, qua illud dicitur magnum, quod est mole corporis distentum: à qua quidem magnitudine nullus sanctorum commendatur, quasi propter illam sanctior, imo potius magnitudo hæc in hominibus plerumque impedit sanctitatem. Mens enim tanta mole carnis grauius hebetatur, sicut scriptum est Eccl. 9. Corpus

pus quod corrumpitur, aggrauat animum: & quanto nutritur impensius, tanto grauiora bella molitur aduersus spiritum. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c.

Moralis

Alia est magnitudo moralis, qua illos dicimus magnos, vel qui magnis suffulti sunt diuitijs, vel magnis sublimati honoribus, vel magna vigent potentia: aut magni nominis vmbra, aut magna nobilitate, vel quauis alia humana seu mundana dignitate, quasi magni vulgi opinione celebrantur. Hinc de B. Iob, vbi diuitiarum eius mentio agitur, sic scriptum est, Iob 1. Erat vir ille magnus inter omnes Orientales. Hac etiã magnitudine grandis ille erat, cui dicitur à Domino per Nathan Prophetam. 2. Reg. 7. Fecit tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Hæc quoque magnitudo nõ modo ad sanctitatem non proficit, sed potius aduersatur sanctitati. Sicut patuit in Salomone 3. Reg. 11. cui diuitiarum & voluntatum magnitudo, exitium peperit: per hæc enim deprauatum est cor eius.

Spiritualis.

Est proinde magnitudo spiritualis, quæ ad similitudinem distarum magnitudinem accipitur, qua magnos dicimus, qui magnas & multas animi virtutes quasi opus habet spirituales: hac magnitudine sancti denominantur magni. Sic nimirum ab hac magnitudine mulierem fortem atque prudentem Salomon commendat, dicens, Prouerb. 31. Multæ filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Et sicut corpus aliquod magnum dicitur à latitudine, longitudine & profunditate, sic spiritus suo modo hac trina dimensione moraliter intellecta, magnus cõserur, qui videlicet habet longitudinem latitudinem, & profunditatem, de qua pulchrè agit Apostolus Ephes. 3. qui eadem epistola, cap. 4. vult nos adulescere in virum perfectum, & crescere in illo per omnia, qui est caput Christus. Idem vult B. Pet. 1. cano. 2. cap. Ad hanc magnitudinem creuit. s. Nicolaus.

3 Tertium est acceptabilitas, si sic dici fas sit, seu gratia coram Deo, qua Cõfessor hic beatissimus fuit Deo acceptus, quæ notatur cum dicitur, *Qui in diebus suis placuit deo*. Contigit autem placere hominibus, sibi ipsi, & Deo.

Quoniam autem hominum quidam mali, & quidam boni sunt: Prauis hominibus non nisi malis artibus & scelere placere quis potest. Nullos enim approbant aut diligunt nisi studijs suis & vitijs conformes. Unde Apost. Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Bonis autem placere propter finem bonum (quale est fomentum mutua charitatis) commendabile est. Vnusquisque, inquit Paulus, proximo iuo placeat in bono, Rom. 13.

Placere sibi ipsi, qui d.

Porro sibi ipsi placere vanum & coram Deo detestabile est.

Id

Id enim est osculari manum propriam, quod secundum B. Iob sententiam, est impietas maxima, & abnegatio contra Deum altissimum, Iob. 31. Talis erat qui ait: Non sum sicut ceteri hominum, &c. Matth. 18. sed qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit, Gal. 6.

Placere Deo.

Placere autem Deo, appetere debet homo super omne premium, etiam si propter hoc ceteris omnibus displiceret, hoc enim appetere, ambitio sancta est. Nam Dei gratia summis studijs est ambienda: hoc rogat, hoc ipsum obsecrat Apostolus 1. Thessal. 4.

Possimus autem Deo placere in diebus nostris, id est, ad usum nobis concessis. Qui nimirum nostri idcirco dicuntur, quod iis utimur prout libet, siue in bonis operibus, siue malis. Dies isti ad æternitatem collati, breues, imò quasi momentanei sunt. Compleuit autem sanctus iste Christi confessor hos dies suos in bono, & annos suos in gloria.

Tres Deo peculiariter placuerunt.

Tres, scriptura teste, cognouimus Deo peculiariter placuisse: Enoch, de quo scriptum legimus Genes. 5. quod cum Deo ambulauit, & translatus est in paradysum. Noë, qui fecit omnia quæ præcepit ei Deus, & iussus à Domino fecit arcam, ut hominum atque ceterorum semen animantium ab aquis diluuij saluaretur in ea, Genes. 6. Et Abraham, qui Deo placuit, & gratiam inuenit coram eo. Nam ad præceptum Domini terram suam, & cognationem, & domum patris sui relinquens, venit in terram peregrinam. Contra spem proinde in spem credidit, nec hæsitauit diffidentia, cum illi Deus, quæ videri poterat impossibilia, polliceretur, quod videlicet ex vxore sterili & iam tunc nonagenaria viro centum annorum filius nasceretur. Genes. 12. 15. & 18. Horum itaque exemplo possumus & ipsi Deo per tria placere. Primò, Dei mandatorum obseruatione, cum Enoch: qui, ut dictum est, cum Deo ambulauit, de virtute in virtutem proficiendo: ut sicut ille in paradysum raptus est, ita & nos, si velimus ad vitam ingredi, seruemus mandata, Matth. 19. Secundo, propriæ conscientie ædificatione, exemplo Noë arcam saluationis ædificantis. Hæc enim arca conscientiam bonam & mundam non absurdè significat, quæ nimirum saluare nos potest, ne in æternæ perditionis abyssum demergamur. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio nostra, 1. Thess. 4. Deniq; placere Deo possumus fide recta, & firma in Deum spe, exemplo Abrahæ: quod utiq; fiet, si terrenarum rerum amorem derelinquentes, populum nostrum & domum patris obliuiscamur, verbo Dei plenissimam accommodantes fidem etiam in his quæ non videntur, sicut ille credidit Deo filium sibi Isaac promittenti. Reliqua industria Concionatori perscrutanda committimus.

Deo per tria placere possumus.

Arca Noe quid denotat.

E P I L O G V S.

1 *Quemadmodum Iesus Siracusæ in calce sui libri veteris Testamenti heroas laudibus in celum euehit, ita nimirum Ecclesia instinctu Spiritus sancti diuis suos multis encomijs celebrat. Nec id absurde, cum etiam Turcæ spiritu Dei vacui, imò etiam Saraceni, non solum sanctos patres eos, Enochum, Abrahamum, Moysen magnifaciant, sed & noui Testamenti plerosque, iuxta Ecclesiæ cantica reuereantur: Rectos decet collaudatio, inquit, Psalm 32.*

2 *Ecclesia laudat sanctos patres, ad confirmandam legitimam vitam, & ad instituendos eorum exemplo nostros mores, ut iuxta Poeticum dictum, Patres sequantur suæ proles.*

3 *Nullus cultus diuis gratior exhiberi potest, quam ut Christianus quisque pro viribus studeat sese conformem reddere sanctis illorum moribus, ne frustra gloriemur de patribus nostris, quemadmodum olim Iudæi falsè se iactabant de patre suo Abrahamo, cuius sanctissimæ vitæ nec minimum apicem consequuti sunt. Ioan. 8.*

Quis cultus diuis gratior exhiberi potest.

I N F E R I I S E I V S D E M

E V A N G E L I V M.

In illo tempore dixit Iesus turbis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negerimini dum venio. Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum dicentes, Nolumus hanc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisi fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit dicens, Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit, dicens, Domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dixit ei, De ore tuo te iudico serue nequam, sciebas quod ego homo austerus sum, tolle is quod non posui, & metens quod non seminasti. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vitæ exegissem illud? Et astantibus dixit, Auferite ab illo mnas, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me.

Luc. 19.

Hic vsus Euangelij parabola complectitur tria. Primò, prudentiam nobilis patrisfamilias, qui res suas prudenter administrat, ne ipsi sint damno, sed magis emolumento.

*Christus
paterfamili-
as.*

Est autem hic paterfamilias dominus noster Iesus Christus rex regum, & dominus dominantium, Apoc. 19. Qui per suam passionem, mortem, resurrectionem & ascensionem, in longinquam regionem, hoc est, in cælum profectus est, vnde in die iudicii reuertetur. Act. 1. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quæadmodum vidistis eum euntem in cælum.

Fecit autem tria ante suam profectioem: Primum vocauit decem seruos suos, hoc est, Apostolos, Episcopos, Pastores ac reliquos operatores suos. Secundo dedit & distribuit illis bona sua, nempe, vnicuique donum suum, vt docet Paulus. 1. Cor. 12. Tertio ait illis, *Negotiamini dum venio, vt cum rediero recipiam à vobis pecuniam meam cum fenore.* q. d. Hæc mea bona vobis trado, non vt prodigatis, vel seruetis apud vos otiosa, sed vt negotiatione crescant, videlicet vt reuersus reperiam rem adauctam. Huic dominicæ sententiæ consonat verbum Pet. 1. cano. 4. cap. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam ministrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.

*Quæ Chri-
stus ante
ascensionem
fecerit.*

*Vnusquis-
que in sua
vocatione
negotari
bona fide
debet.*

Si legitimè & bona fide, inquit, vnusquisque in sua vocatione negotiemini, non pœnitebit vos facti, sed amplissima præmia vos manent. Si verò negligenter, fraudulenter & illegitimè vnusquisque in sua vocatione negotiemini, pœnitebit vos facti, & in corpore & in anima pœnas daturi estis. Sic enim ait Paulus. 2. Corin. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Et B. Athanasius in symbolo: Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibant in vitam æternam, &c. Ioan. 5.

Nemo enim hominum in terris agit adeo infirmus, tenuis fortunæ, exiguus & vilis, qui non à Deo gratuitum aliquod beneficium & donum acceperit, de quo ratio reddenda est ipsi quo modo eo vsus sit. Ephes. 4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

2. Complectitur mores & ingenium seruorum fidelium & infidelium. Sunt autem serui fideles, qui diligenter officio suo perfunguntur, agentes quæ ipsos decet, & rerum suarum interest, & seriò res suas agunt: imo ad singulas horas dominum suum expectant, quando sit venturus. Luc. 12.

*Serui osci-
tantes.*

Sunt autem serui infideles, qui negligenter & oscitanter officio suo perfunguntur, non agentes quæ ipsos decet, & rerum suarum interest, sed absente domino suo belluinam agunt vitam, vorando, ingurgitando, dilapidando: & multorum peccatorum sunt auctores, loco pœnitentiæ aburentes in superbiâ, Iob. 24.

*Fideliter
agunt qui*

Agunt autem fideliter, qui ad reddendam rationem semper parati sunt: Exemplo sunt Samuel propheta fidelis Domini. 1. Reg.

1. Reg.

1. Reg. 12. Dauid fidelis rex Iuda & Ierusalem, Psal. 88. Act. 13. Salomon rex filius Dauid, magnificum extruxit templum, atque præstantissimum instituit cultum, 3. Reg. 6. & 8. 2. Paralip. 6. Prophetæ qui mandata Domini populo prædicarunt, Isaias, Ieremias. Christus ipse seruus seruorum, qui venit omnes homines saluos facere: & diuina illa dona, quæ in plenitudine accepit, cum fenore patri reddidit. Apostoli quoque, qui fuerunt fideles serui Domini, prædicantes & docentes omnes gentes pœnitentiam in remissionem peccatorum, Luc. 24.

Infideliter autem agunt, qui officio sibi commisso abutuntur, persequendo & profligando conseruos & domesticos.

3. Præsens Evangelica parabola complectitur mercedem bonorum & malorum. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, ait Apost. 2. Corin. 3. redeunte enim Christo summo iudice in nouissimo die, quatuor genera hominum coram eo apparebunt: nempe, tres serui: quarto, ciues immorigeri, à quibus exiget rationem. Nam ad primum seruum, qui vna mna decem lucratus fuerat, dixit, *Euge serue bone et fidelis, etc.* Ad secundum, qui vna mna quinque lucratus fuerat, dixit; *Euge serue bone, etc.* Ad tertium qui mnam Domini absconderat in iudario, dixit; *Serue æquam, etc.* Et astantibus dixit, *Auferte ab illo mnam, et date illi qui decem mnas habet, etc.* De ciuibus illis immorigeris, dixit; *Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, et interficite ante me.*

Hi serui & ciues adumbrant quatuor genera hominum.

Primus seruus significat homines qui donis suis, nempe, fide, charitate, spe, iustitia, scientia, humilitate, ac reliquis pro virili vsu sunt ad Dei honorem, et proximi commodum, adeo vt auxerint, Dei succurrente gratia, suam iustitiam, donec videant Deum in Sion, Psalm. 83. In hoc genere sunt Moses, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Paulus, Stephanus, atque martyres, qui fuerunt fideles dispensatores mysteriorum Dei, 1. Corin. 4.

Secundus seruus significat homines qui in sincera fide & charitate officium suum faciunt, et inculpabilem vitam agunt, omnibus bonum præbenes exemplum, 1. Tim. 4. In hoc genere sunt prisci illi patres, Ecclesiæ lumina, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, &c.

Tertius seruus significat homines qui vocationem suam neglectam habent, aliud agentes, quam à Domino ipsis est mandatum: qui verè bona opera diuinitus præcepta omittentes, vitam in peruersis ac vitiosis operibus trāsunt. In hoc genere sunt Iudæorum Pontifices, Pharisei, Sadducei, & mali episcopi, atque peruersi pastores nostri temporis, ac denique omnes tum sacerdotes, tum seculares, qui quæ suæ sunt vocationis, negligunt.

B b 2

Ciues

*Infideliter
agunt qui
officio sibi
commisso
abutuntur.
Heretici
notantur.*

*Doctrina
pro mini-
stris diuini
verbi.*

*Heretici
verbum Dei
contemunt
et ecclesiam.*

Ciues inobedientes sunt heretici, qui verbum Dei contem-
nentes, Ecclesiam sponsam Christi, fidelium matrem crimi-
nantur, & contumelia afficiunt, Euangelium corrumpunt, veri-
tatem persequuntur, miseras animas rudium seducunt ac per-
dunt. Hi dicunt se nolle habere Christum qui regnet super
eos, sed diabolus. In hoc genere sunt Iudæi apostatae, Turcæ,
Mauri, Gentes, Lutherani, Brentiani, Calvinistæ, Anabaptistæ,
ac reliqui heretici. Quamvis enim hæc parabola peculiariter
notare videatur Iudæos, qui dixerunt, Non habemus regem
nisi Cæsarem, Ioan. 19. concludit tamen omnes qui non obe-
diunt Euangelio, qui pœnas dabunt in interitum æternas, à fa-
cie Domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in
sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.
2. Thess. 1. Et Apocal. 21. Timidis autem & incredulis & exec-
cratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolola-
tris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ar-
denti igne & sulfure, quæ est mors secunda.

*Servi fide-
les.*

Ex his ergo fideles servi honorificè commendantur verbis,
deinde amplissimis præmijs remunerantur, Luc. 12. Beati serui
illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen di-
co vobis, quod præcinget se, &c. Infidelis seruus verbis asperis
increpatur, & ab eo quicquid habet auferitur, alijque traditur:
vt nihil retineat, nihil quoque præter iram & inclementiam re-
portet. Ignauus enim seipsum & dono reddit indignum, &
merito ac præmio sempiterno.

*Servi in-
fideles.*

*In hereti-
cos iudicium.*

Ciues immorigeri, hoc est, contemptores & persecutores ver-
bi & Ecclesie Christi, occiduntur pœna ignis æterni. Pronun-
tiabit enim Christus in eos sententiã Discedite à me maledicti
in ignem æternum. Ad fideles autem dicet, Venite benedicti Pa-
tris mei, possidere paratum vobis regnum à cõstitutione mun-
di: nempe, vitam æternam, Matth. 25. Nemo ergo negligat
gratiam quæ in eo est, 1. Tim. 4. Sed dum tempus habemus,
operemur bonum ad omnes, Galat. 6. bonum autem facientes,
non deficiamus: tempore enim suo meremus non deficientes.

EPILOGVS.

I Parabola de homine claro, de regno Christi agit, hoc est, de regno Euā-
gelico, in quod sermone prædicationis publicani, meretrices, milites, Greci,
Romani Scythæ, Galli, Gotti, Sarmatæ, Germani ac omnes sunt attrahēdi.
Hinc & Agarenicè et Arabicè nobis studendū esset, ne quid dicam de tri-
bus celebribus linguis, Hebræa, Græca & Latina, vt Tarcas & Agarenos
aliquādo in obediētiam fidei attrahere possemus: fides enim per auditum
fit, cui inseruit lingua. Et pudor est ingens, cum duodecim Apostoli cen-
fermentum in tria sata farine positum, totum orbem fermentarint, quod
nos Christiani innumerabiles ad id parum aut sanè nihil fructificamus.

2. Potest

2. Potest etiam regio longinqua Ecclesia gentium aptè intelligi. Nam
præclarus ille homo Christus abiit, vt plenitudo gentium intraret, reuer-
teretur vt omnis Israël saluus fiat, Rom. 11.

3. Doctrina pro ministris verbi, vt in negotio prædicationis Euangelicæ
simus quam maximè fideles & industrii, & multos lucrifaciamus Chri-
sto, sic rehortatur immarcescibilem coronam, cum princeps pastorum re-
dierit Christus Iesus verus homo nobilis & clarus. Alioqui Dei muuus
amittit qui habens non habet, id est, eo non utitur: & eo augetur qui ha-
bens habet, id est, bene utitur.

I N F E R I I S C O N C E P T I O N I S B E A T Æ
Mariæ semper virginis, Epistola & Euangelium sicut
in Natiuitate eiusdem virginis.

I N F E R I I S B. THOMÆ APO-
STOLI EPISTOLA.

Benedictus deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit Ephef. 1.
nos in omni benedictione spiritali, in celestibus in Christo: sicut ele-
git nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immacu-
lati in conspectu eius, in charitate. Qui prædestinavit nos in adoptionem fi-
liorum, per Iesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ
in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

PERICOPÆ illa, qua per gratulationem D. Paulus pro so-
lemni suo modo exorditur, quoque digna est, quæ Aposto-
licæ recordationi deputeretur. Nam & summam & vtilitatem
Apostolicæ prædicationis pulchrè tradit, & de nostro nos offi-
cio, nempe gratæ celebrationis, simul docet. Ordo ita habet.

Cum in Euangelio prædicentur maxima Dei beneficia, lo-
quitur diuus Paulus.

I De ipsorum genere, quæ & qualia sint, nimirum quo ad nu-
merum cumulatifima: quo ad formam solidissima: & quo ad
gradum eminentissima, quando ait: Deus benedixit nobis omni be-
nedictione spiritali in celestibus. Idque probat vna voce, Christo. Nā
reuera dato Christo, datur nobis talia, nempe, Dei lucidissima
iucundissimaque patefactio, nostri à peccato, lege, morte, infer-
no, satana, & ira Dei, liberatio. Vtrorumque planè optatissima &
firmissima inter se coniunctio, cum & Deus homo factus sit, &
homines propter Christum diuinitatis atque omnis opulentie
eius sint consortes: vel vt Paulus ait, dantur nobis dato Chri-
sto, sapientia, iustitia, sanctitas, & redemptio.

Talia nusquam habet mundus, cuius bona sunt paucissima,
vnde nunquam satiant: sunt fallacissima, vnde σῆμα, vmbra,
bullia, fumus appellantur, sunt abiectissima, vnde nihil nisi ter-
ram sapiunt, subque terram trahunt: neque Moses talia præbet,
vt qui plus minarum quam promissionum habeat: quodque

B b 3 habet,

*Beneficia
Dei maxi-
ma in Euā-
gelio præ-
dicantur.*

2. Petr. 1.
1. Cor. 1.

Eccles. 1.
1. Tim. 6.

habet, non de suo, sed de Christo habeat velis, typis, umbris & figuris gaudeat, pædagogica bona, Chanaan, mel & lac & cætera temporalia atq; corporalia magis urgeat. Rectè igitur Paulus in Euangelio ait exhiberi copiosissima, syncerissima, præstantissimaque bona.

2 Paulus loquitur de ipsorum beneficiorum donatione, quomodo nobis dentur. Vbi ista perpendenda. 1. Initium eius liberalitatis, quando nimirum cœperit, nunquam autem cœpit: ab æterno sumus electi ad salutem, & prædestinati ad salutis dispensationem, ante rerum, tæporum, id est mundi fabricationem.

*Dei natura
quid.*

1. Ioan. 4.

Opus Dei.

E quo cernitur. 1. Dei natura, quæ hæc nihil aliud sit, quàm ardentissimus amor atque charitas, ut Ioannes ait. 2. Dei opus ante creationem. Quæritur, quod nam sit? Respondeo, vnigeniti filij generatio, & cæterorum filiorum adoptatio. Quanta verò illa est fœlicitas, quàm inexplicabilis nostra gloria? 3. Salutis certitudo in electis, quales fuisse apostoli, ut quæ ratione largiētis nunquam cœperit, ex æterno sinu semper fluxerit. 4. Meriti prætexendi nimia vanitas: etenim cum natura nostra præuertatur, quid ni omnis etiam nostra dignitas excludatur, præsertim cum de prædestinatione adoptionis agitur? Valeat ergo quorundam tumida arrogantia.

2 Causa, quæ Deum impulerit, ipse sese Deus, ob beneplacitum suæ voluntatis, & immensum pondus opulentæ suæ gratiæ. Inde igitur primo salus electorū validissimè stabilitur. Nā quamdiu Deus ipsum sese non impugnat, id est, Deus est, immota manet etiam ipsorum salus. Secūdo, omnis dignitas, siue præiens, siue secutura, hinc excluditur: quia electio ab æterno & prædestinatio in adoptionem filiorum nō fit ob nostra merita, sed ex gratuita Dei misericordia, quam tamen comitari debet vitæ innocentia.

3 Medium, per quod tanta bona obueniant. Solus nempe Christus, in quo naturali filio sumus adoptati, gratioso adamati, obsequente expiati.

*Finis ad
quæ dona-
tio referē-
da duplex.*

4 Finis ad quem donatio referenda. Est autem duplex: Prior quo ad nos, videlicet sanctitas, eademque inculcata per dilectionem. Hinc ergo sanctitas 1. non est causa salutis, sed cum finis, quia exigitur: tum effectus, quia per spiritū Christi efficitur. 2. Nulla est extra Christum, atq; electorū cœrum. 3. Non extinguitur, ut nonnulli conqueruntur, sed accenditur prædicatione electionis atque Euangelii. 4. Necessaria est, nec sub prætextu electionis omittenda. 5. Vera, non fucata sit oportet, ut quæ ambulet coram Domino. 6. Feruida, non inutulis sit oportet, ut quæ charitate contet, non externo habitu.

Posterior, quo ad Deum: videlicet gloria gratiæ Dei, quia nec creatio neque sustentatio sic illustriant gratiam Dei, sicut nostra

nostra beatificatio. Et hic supremus finis est, ut cuncta à Deo fluant, inq; Deum resfluant. Atque hic Apostolus, propter maiorem vehementiā, bis per ordinē hūc decurrit, semper inītiū causæ, mediū, finis alicuius mentionē faciēs, ut in textu vides.

Porrò hac doctrina quid succinctius, certius, & perpetua celebratione dignius? Nihil quidē fuimus, sed electi fuimus, ut essemus per creationem, utque bene beateque haberemus per vocationem, in qua Christus, cumque Christo omnia offeruntur: ea tamen lege, ut sanctè ambulemus, non quo quicquam mereamur ex nobis quasi ex nobis, sed quo partis perfruamur; magna igitur est & nostræ fœlicitatis & benignitatis Dei gloria: nos utranque semper prædicemus.

Roma. 6.

E P I L O G V S.

1 *Salus nostra ex electione dei, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur.*

1. *Cor. 1. ut sciant sancti se non posse excidere.*

2 *Electioem sequitur recta et Deo placens vita, in qua fides per charitatem operatur. Nam fideles vocationem et electionem suam firmans faciunt operibus fidei 2. Pet. 1.*

3 *In Christo dilecto filio Dei, est redemptio per sanguinem eius, in remissionem peccatorum, ne quis gloriatur in operibus.*

I N F E R I I S E I V S D E M A P O S T O L I.

E V A N G E L I V M.

In illo tempore: Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorū & mittam manū meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum illis. Venit Iesus ianuis clausis, & steti in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Inser digitum tuum huc, et vide manus meas, et adfer manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit Thomas et dixit ei: Dominus meus et deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me Thomæ, credidisti: Beati qui non viderunt, et crediderunt.

Ioan. 20.

HISTORIA huius Euangelii continet tria.

1 Primo, incredulitatē Thomæ, quæ elicitur ex tribus. 1. Conuersatus diu cum Christo, eius diuinas cōciones audiuerat, miracula viderat, Christumque suam mortem prædicetem audiuerat: Filius hominis crucifigetur, & tertia die resurget. 2. Audierat à mulieribus Dominum resurrexisse.

*Thomæ in-
credulitas.*

Luc. 18.

Luc. 24.

3 Audiuerat quoque à condiscipulis quod diceret, Vidimus Dominum Ioan. 20. Sed hæc omnia obstinato animo negabat, dicens, Nisi videro in manibus eius fixurā clauorū, &c. non credam. Non enim considerabat Dei potentiam, nec recordabatur verborum Domini, quibus passionem & resurrectionem

*Matth. 20.
et 26.*

prædixerat. Vnde suspicabatur illos ludificatos fuisse aliquo phantasma: e & ideo negabat se crediturū, nisi testibus oculis & manibus. Hac respōsione committit tria graua peccata.

1. Sentit de Christo, quod sit simplex homo, qui semel mortuus, nō sit resurrecturus. 2. Arguit mulieres & discipulos mendacij. 3. Christi verba & miracula pro vanissimis nugis ducit.

Videntur hac ratione Pontifices, Annas, Caiphaz, Pharisei, & Scribæ maiorem fidem habuisse de Christi resurrectione, quàm Thomas. Nam crediderunt custodibus sepulchri, dicētibz Christum resurrexisse: dederuntque illis pecunias, vt diceēt quoddā discipuli illum nocte furari essent: quod profectō nunquam fecissent, nisi custodibus Christum à mortuis resurrexisse affirmantibus fidem adhibuissent.

Matth. 28. 2. Continet bonitatem & sollicitudinem Christi erga Thomam, quæ deprehenditur ex tribus. 1. Apparet illius causa, vt ipsum ad fidem adducat, & in eo articulum resurrectionis confirmet. 2. Sinit se tangi, & ait: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manū tuam, & mitte in latus meū.* 3. Facit ex incredulo beatissimum Apostolum, ac certissimū resurrectionis suæ testem. Nam eius incredulitatem sciebat nō ex malitia, quemadmodū Phariseorum & Scribarum, sed ex infirmitate humana prouenire: ideoque eā sanare dignatus est, iuxta illud Psalm. Cūm ceciderit iustus, non collidetur, dominus enim supponit manum suam. Licet enim superauerit passionem, non tamen compassionem amisit.

Inspectio Nam inspectio & contactatio Thomæ in vulneribus & cicatricibus Christi, tam firmū ac solidum fundamentū fidei nobis iecit, vt deinceps vltra nemo hominum de resurrectione Christi dubitare possit. Vnde Gregor. pulchrè hic rationē reddit, quam ob causam Thomas abfuerit quādo venit Iesus d. Ideo defuit Thomas, vt post veniēs audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpando crederet, & vt dum vulnera tangeret magistri, in nobis cicatrices curaret infidelitatis. Plus enim nobis incrudelitas Thomæ profuit, quàm reliquorum fabita fides, dum ipsius dubitatione animus noster est in fide confirmatus. Idem fermè adfert Beda: Thomas, inquit, qui dubitauit, mihi plus profuit, quàm Magdalena, quæ citò credidit. Sic diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

Rom. 8. Noluit tamen Christus in hoc seculo sese singulis diebus, nationibus, vrbibus, pagis, & hominibus visibiliter conspicendum & palpandum obicere: sed selegit tantum 40. dies post resurrectionem, in quibus voluit sese visibilem & palpabilem ostendere: non tamē cuius, sed solum Apostolis, qui testimonium perhiberēt in Ierosolymis, Iudæa vniuersa, & Samaria, denique vsque ad extrema tetra. Non erat missus in propria

Act. 1.

Act. 1.

Luc. 24.

Bo. it. 15
de spiritu
de Christi
erga Tho-
mam.

Inspectio
& contre-
ctatio Tho-
mæ in vul-
neribus &
cicatrici-
bz Christi
quid nobis
profuerint

persona, nisi ad oues quæ perierant domus Israel, Matth. 15. Si roget quis, quare? Inscrutabilia sunt iudicia Dei, Rom. 11. Continet præsens historia confessionē Thomæ, & nostram beatitudinem. Mox enim vt Thomas vidit Christum stantem in medio discipulorum: vt audiuit Christum dicentem: Noli esse incredulus, sed fidelis, vtque tetigit Christum, mittēs manum suam in latus eius, respondit, dicens: *Dominus meus, & deus meus.* quasi dicat, Antè iudicauit te teruum omnium hominum, purum & simplicem hominem. Adeò te humiliasti, vt pedes nostros lauares: cecis, surdis, mutis, claudis in seruires, leprofos mundares, à Iudæis volentibus mortē tibi inferre, non semel fugeres, & ab iisdem etiam te capi, ligari, duci, illudi, flagellari, iudicari, ac tandem cruci affigi permitteres: nullumque in te diuinitatis argumentum superesse videbatur. Nunc autem per responsum tuum agnosco te esse non tantum verū hominem, sed & verum Dominum meum, & Deum meum, cui debeo omnem timorem, amorem, & honorē. Tanta nanque euidentia veritatis victus, corde credidit ad iustitiam, & ore confessus est ad salutem, Rom. 10. Et quemadmodum prius fuit ad credendum difficilius, ita nemo clariùs Deum & hominem professus est.

Ad hæc respondit Christus, *Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati qui non viderunt & crediderunt.* Quibus verbis. 1. approbat fidem & confessionem Thomæ, & occultè taxat incredulitatem & condemnationem Pontificum, Annæ, Caiphæ, Phariseorum, & Scribarum, Pilati, & Herodis, qui sæpius viderunt Christum, audierunt Christum, & conuersati cum Christo fuerunt: nec tamen crediderunt, sed infideles vsq; in finem permanserunt. Hinc arguimur omnes, qui cūm simus Christiani, in Ecclesia baptizati, educati, nutriti lacte verbi Dei, cumq; frequēter viderimus Christum in sacramento Eucharistiæ, audiuerimus in Euangelis, in Missis alijsque diuinis officijs, conuersati simus cum illo in sacramento confessionis, accesserimus ad diuinam eius mensam: nihilo minus à peccatis non abstinemus, quin quotidie magis ac magis prolabimur in grauissima quæque peccata. Vtinam non puniamur cum Pilato, Anna, atque Caipha, &c. Si omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem?

Deinde commendat fidem rotius Ecclesiæ, & omnium illorum qui Christum oculis & auribus corporeis non viderunt nec audierunt, & tamen verbo Dei & Euangelio Christi credunt: quibus visibilis hunc habet honorem, & prædicat eos beatos. Nemo ergo iam dicat, Vtinā fuisset tēporibus illis & Christū vidissem. Nā si volumus diuini oris pronuntiatione

B b 5

esse

Matth. 25
Rom. 11.
Thomæ cō-
fessio.

Ioan. 13.

Christus
Thomæ fi-
dem & cō-
fessionem
approbat.

Hebr. 2.
Fides to-
tius Ecclē-
siæ.

- 1. Pet. 1.** esse beati, credamus, tametsi non viderimus, visuri quâdoque gloriosius, quàm Thomas, & alii. In quem quoque nunc non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitiâ inenarrabili & glorificata, reportâtes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum. Quâ & nobis concedat Iesus Christus Amen.
- Matth. 13.** Verba hæc cõsolationis sunt plena, vt quæ sacramentum magnum cõtineant. Nã Christus dixerat: Beati oculi qui videt quæ vos videtis, &c. Poterãt Christiani forsã tritari, qui post Christi ascensionem nati sunt, vt qui Christum nõ vidissent incarnatum, ob idq; ex Christi sententiâ dixissent se nõ fore beatos. At ne quis putet beatitudinem ex oculari corporis visione perdere, dicit nunc, *Beati qui nõ viderunt, & crediderunt.* Credere enim oportet accedentem ad Deum, &c. Beati erimus si credentes amauerimus.
- Galat. 5.** Aliàs fides sine operibus mortua est. Si autem ocularis corporis visio beatos faceret, beati fuissent Pilatus, Annas, Caiphas, ac reliqui crucifixores, At fides, quæ est oculi cordis, beatos facit.
- Luc. 10.**
- Hebr. 11.**
- Lucob. 2.**

E P I L O G V S.

- 1. Reg. 10.** *Quam noxium sit deesse bonæ cõgregationi, hic innotescit. Saul inter Prophetas simul prophetauit, discipuli in eodẽ loco vnã cõglomerati Spiritum sanctum receperunt. Itẽ, Gaudij sunt viso Domino. Sed Thomas tanto dono priuatus fuit, quia à sancto cõtatu recessit. Primum enim omnium gaudio priuatus est, quod alias habuisset conspicatus Dominum post tanta supplicia, et mortem ignominiosam, tanta cum maiestate ex mortuis resurrexisse.*
- Act. 2.** *Vnde Bernard. Falleris, inquit, ô Thoma, quando arbitraris te Christum inuenire extra cõtatum sanctorum, qui semper est in millibus angelorum. Partim tamen in hoc cõmendandus est, quod non adeo longè segregauit sese ab Apostolis, quin denuò reuersus sit. Quod vtinam imitentur animales illi qui seipfos segregauerant, eiusque exemplo reuertantur ad Ecclesiam Catholicam, audientes vocem spõsi d. Reuertere Sumami is, reuertere, &c.*
- Ioan. 20.** *2. Dubitatio Thomæ profuit, quia electis omnia in bonum. Hinc enim plenius & diuinitatem & humanitatem Christi constat. d. Dominus meus & Deus meus.*
- Christus in tra cõtatum sanctorum inuenitur. Cau. 6.** *3. Tacite vocationem gentium prædicit: Beati qui non viderunt & crediderunt. Hoc autem verbum summè nos consolatur, quod scilicet hi qui Christum non viderunt, et tamen credunt, æquè saluandi sunt, vt hi qui viderunt, imò tanto beatiore erunt, quanto minus viderunt.*

I N F E R I I S S T E P H A N I P R O T O M A R -
T Y R I S E P I S T O L A.

- Act. 6. & 7.** **I**N diebus illis: Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga quæ appellabatur Libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum, et eorum qui erant à Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano: et non poterant resistere sapientiæ et spiritui qui loquebatur. Dura ceruice et incircumcisus cordibus, et auribus, vos semper Spiritui sancto resististis: sicut patres

patres vestri, ita & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuuntabant de aduentu iusti huius, cuius vos proditores & homicidæ fuistis: qui accepistis legem in dispositione angelorum & non custodistis. Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in celum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, & ait. Ecce video celos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna, coninuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiciens eum extra ciuitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabat Stephanum inuocantem & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciant. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino.

IN hac Epistola, B. Lucas Euangelista beatissimum protomartyrem Stephanum à tribus magnificè commendat.

1 Primò, à celestis gratiæ plenitudine, cuius certissima testimonia erant signa & prodigia quæ faciebat, cum dicit: *Stephanus autem plenus gratia et fortitudine.* Vult dicere, quod habuerit fidem veram ac fortem, quod ex toto corde & omnia credenda crediderit. Hic admonemur iam nos, i. vt & ipsi pleni ac fortes fide simus, non dubitemus de credendis, non oscitanter credamus, non solo ore & lingua fidem geramus. Corde enim (vt Paulus inquit) creditur ad iustitiam: & vult agnosci colique Deus in spiritu ac veritate.

*Stephanus
veram fidem
ac fortem
habuit.
Rom. 10.
Ioan. 4.*

Ex fortitudine verò fides cordis eius reluxit. Nam confessus est (vt ex longa illa oratione eius in concilio Sacerdotum habita colligere licet) Iesum Nazarenum esse verum Messiam patribus antiquis promissum, nec esse in re vlla salutem, nisi in hoc vno: Deum item non coli externo templo Ierosolymitano & cæremonijs sacrificijsque Mosaicis, sed fide, spiritu, ac vera vitæ innocentia. Hic igitur admoneri nos debemus primò, vt & ipsi fidem, quam tenemus corde, confiteamur ore coram omnibus: eo quod ore confessio fiat ad salutem, teste Paulo.

2 Vt præcipuus sit confessionis nostræ scopus, Iesum esse verum Messiam, & vnicum orbis seruatorem, summumq; & verum Dei cultum placitum consistere in fide, ac innocenti vita, non in externis cæremonijs, sed hoc postremum ita intelligi debet, non quod cæremonijs pijs haud sit nobis vtendum, sed ne in his fiduciam collocemus. Nam nec Stephanus templum ac cæremonias Mosaicas per se damnauit, sed damnauit in Iudæis fiduciam in templum & cæremonias.

Fides nostræ scopus

Proinde Euangelista dicit edidisse D. Stephanum prodigia & signa magna in populo: facultas edendorum signorum seu miracu-

Facultas
edēdorum
miraculo-
rum qui-
bus primū
data.

Matth. 5.
1. Pet. 3.

miraculorum data est à Christo primis Christianismi extru-
ctoribus, vt ijs doctrina Euangelica & fides in Christum apud
incredulos confirmarentur: at posteaquam satis eæ confirmatę
essent, desierunt illa, neque necessaria amplius sunt. Verūm in
horum locum spiritualia à nobis signa prodigiaq; fieri oportet,
quibus cordis nostri fidem testemur: quę nempe erunt vita
innocens, sancti mores, opera verè bona, charitatis & miseri-
cordiæ exercitia. Non minus enim hinc, quàm ex miraculis,
glorificabitur Deus, & conuertentur impij.

Luc. 21.

Virtus ha-
bet inui-
diā comi-
tem.

1. Pet. 3.

D. Step-
hanus à lu-
deis in
quatuor ac-
cusatus.
Improb-
orum mos.

2. Commendat B. Stephanum à claritate diuinę sapientię,
cūm dicit, *Surrexerunt autem quidam de Synagoga quę appellabatur
Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant
à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & non posuerant resistere sa-
pientię & spiritui qui loquebatur, &c.* In eo liquidem illud imple-
tum est quod Dominus antè promiserat discipulis s. d. Ego da-
bo vobis os & sapientiam, cui non potuerunt resistere & con-
tradidere omnes aduersarij vestri. Disputarunt cum Stephano
quinque Synagogistę diuersarum regionum, nec potuerunt
tamē vincere illum. Disputatio hæc ex inuidia orta est, quem-
admodum semper virtus seu egregia actio inuidiam habet comi-
tē. Vt autem ea ex inuidia ortum habuit, ita in D. Stephani
tetendit perniciem. Nam id vnum venabantur illi, vt cōfessio-
nem eius disputando elicerent, electaq; hac ipsum & confun-
derent & accusarent. Idem verò & nobis hoc in mundo expe-
ctandum, si non (vt olim) à tyrannis, certè ab hæreticis & hy-
pocritis. Verūm quemadmodum Stephanus non veritus est
confessionem suam prodere: ita & nos parati esse semper debe-
mus ad respondendum cuilibet petenti rationem de ea quę in
nobis est spe, cum mansuetudine & reuerētia. Idem enim spi-
ritus qui in illo loquebatur, loquetur & in nobis: atque vt ille
vinci non poterat, ita nec nos vinci sinet Deus.

Cæterū subornarunt Synagogistę falsos testes aduersus
Stephanū, qui accusabant eū de quatuor blasphemię crimini-
bus, dicentes eum blasphemasse Deum, blasphemasse Mo-
sen, blasphemasse legē, & blasphemasse templū Dei, eaq; occasione
apprehenderunt illum, & adduxerūt in concilium. Ex quo vi-
demus quis improborum mos sit: quod nimirū ij vbi verita-
ti discedunt impares, & ratione nihil possunt, ad mendacia &
violentam rabiem confugiunt: & vbi victi fuerint sapientia
spiritus, ad diabolicas fraudes sese conuertunt. Verūm omnia
falso obiecta, sapientia & fortissima Apologia contutauit, in-
tegrissima atque fidelissima confessione affirmans se non blas-
phemum esse in Deum, vt cuius gloriam vnice prouehere sat-
agat, quem dixit loquutum fuisse patribus, eumque vocat
Deum glorię: neque in Mo-
sen aut legem, quum eum quem
Moses

Moses & lex prædicarunt, nempe, Iesum Nazarenum, ample-
xus sit & confiteatur, & de Mose quod amicus Dei, & de lege
quod à Deo data fuerit, testatus sit: neque deniq; in templum,
quum templum illud honoret, cuius templum Iudaicum erat
typus. Nempe tēplum spirituale, hoc est, Ecclesiam in Iesum
Nazarenum credentium, & templum illud typicum dixerit
Deo mandante constructum. Cuius confessionis suę veritati
Deus insigni miraculo attestatus est, quod i Stephani facies ap-
paruit omnibus in consilio sedentibus tanquam angeli facies,
tum in testimonium infusi sibi calitus luminis sapientię, tum
ad iudicium suę virginis munditię. Per virginitatem enim
angeli homines assimilatur: propter quod etiam ab ipsis Apo-
stolis constitutus fuit in ministerio viduarum, tum ad confu-
tationem Iudaicę perfidię, qui etiam hunc quem in angelica
specie viderunt interficere veriti non sunt, fidum nempe nun-
tium volū atis Dei. Ex his etiam videmus quàm insignis the-
saurus sit mens sibi benè conscia, quàm nullis hæc calumnijs
aut mendacijs commoueat aut turbetur: vt nihil contra cru-
ciabilius pauidiusque est animo malè sibi conscio. Atqui hinc
monemur nos, vt & ipsi ita credamus, loquamurque ac aga-
mus: quod si fortè calumnijs improborum impetamur, appareat
facies nostra faciei Angelicę instar, hoc est, in ipso etiam vultu
reluceat mentis nostrę innocentia.

Vt autem sic se purgavit, omnem blasphemiam sibi impa-
ctam, in ipsos reiecit aduersarios: dicens, probansq; , tum pa-
tres eorum, tum ipsos quoq; semper restitisse veritati, occidif-
seq; iusti illius (Iesu inquam) confessores, non Apostolos tan-
tūm, sed & prophetas: ideoque ob illorum incredulitatem, &
ciuitatem Ierosolymam & ipsum templum & totam adeo Iu-
dæam demolitum iri. Hinc iam moneamur nos rursus, vt ta-
lem semper causam foueamus, quam solidè possimus defen-
dere, quæq; & veritati & iustitię innitatur. Pro iustitia agoni-
zare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, ait
Ecclesiasticus 4. cap. Sequitur: *Audientes autem hæc dissecabantur
cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.* Erant enim eorū corda
vsq; adeo repleta furore & libidine pium sanguinē effunden-
di, quod dissecari, id est, in diuersum rūpi, vel secari posse pu-
tarentur, si non mox opere scelus adimplerent: nec non furore
nimio, ferarum mordacium in morem, minaciter in cum den-
tibus stridebant, quasi impatientes moræ, quod eum vel den-
tibus iam iamque discerpere non permetterēt: vnde & cla-
moribus magnis cōfessionem eius interceperunt, & impetum
facientes in illum vnanimiter, eiecerunt deniq; eum è ciuitate
& lapidabant. Hic iterum improborū morem videmus: quod
scilicet ij, quum ratione & solidis argumētis professores veri-
tatis

Templum
Iudaicum
cuius erat
typus.

Homines
in quibus
angelis as-
similantur.
Act. 6.
Mens sibi
benè con-
scia, thesau-
rus insig-
nis.

Causa, que
veritati
innititur,
defendenda

Dissecari
cordibus.

Mors im-
proborū.
tatis

Ioan. 3.

tatis ac innocentes conuincere nequeant, à ratione ad irrationalitatem, à verbis ad verbera & tyrannidem progrediantur. Similem morem habes in Iudeis de Christo. Qui quidem mos tam longè à nobis abesse debet, vt ne semel in mentem vnquam veniat.

Stephani inuicta patientia.

3 Commendat Euangelista B. Stephanum ab inuicta animi fortitudine & patientia. Vnde passionis agone iam propinquante, Spiritum sanctum tota mente concipiens, in cælum oculis pariter ac mète intēdit. Et rectè quidem in cælum aspiciat, qui in terris vndique premebatur. Verùm quum dominus Iesus (qui confessores fidelisque suos non deserit) diffidisset cælos, seque conspiciendum in gloria diuina exhibuisset Stephanus: non tacuit ille, sed quod viderat, confessus est coram omnibus statim, vt vel aliquos adhuc Christo lucrifaceret.

Mirā Christi in suis martyres beneficiā.

Magnum sanè & singulare priuilegium, admirabile, & cæleste solatium omnium Christi martyrum primicerio hic constat esse concessum. Nam & si martyribus cæteris inter ipsos cruciatus & tormenta, refrigeria multa cōstet diuinitus fuisse indulta, nulli tamen eorum beatissimi protomartyris Stephani tanti honoris priuilegiū cessit. Decebat enim, vt inuictissimus iste Christi militum dux & præuius, qui sui regis triumphum primus hostibus intulit, singulari adiutorio & consolatione muniretur, non modo propter se, sed etiam propter aliorum innumerabilium Christi martyrum cateruam, quæ ducem hunc fortissimum fortiter erat sequutura. Ad confortandam ergo beati martyris patientiam, cælestis regni ianua panditur: & ne innoxius homo lapidandus titubet in terra, Deus homo crucifixus apparet corenatus in cælo. Hic consolationem maximam habemus, quæ animum nobis addere debet, tum sub cruce quacumq; tum sub morte præsertim: quod nimirum, si pietati studeamus, siq; omnem spem nostrā in domino habeamus repositam, & nobis ipse adfuturus sit, sui que nos conspectu spirituali roboraturus. Cum ipso sum, inquit, in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutem meam.

Consolatio maxima in cruce, & præsertim in morte.

Psalm. 90.

Deinde quum immineret iam mors, Domino Iesu commendauit spiritum suum, quem hætenus strenuè confessus fuerat. Mox præceptorem suum imitatus, remissionem à Domino lapidatoribus suis orauit, sicque patientiam suam testatus est. Tandem verò obdormiuit in Domino. Ex quibus habemus & optimum moriendi modum, quem imitemur: vt videlicet & ipsi in Domini Iesu manus, spiritum, adeoque corpus & animam commendemus: vt que omnibus qui nos læserunt vnquam, & remittamus ipsi ex animo, & à Domino, etiam veniam oremus.

Optimus moriendi modus.

Luc. 23.

Habe-

Habemus denique hic consolationem quoque insignem in ipsa mortis hora: quod nempe nō morituri, sed obdormituri simus in Domino, hoc est post placidam quietem ad immortalitatem reuicturi, & semper cum Domino futuri. Hæc iam omnia & alta nobis omnibus mente reposita sint, indeque & doctrinam & patientiam & consolationem petamus.

Boni nō moriuntur, sed obdormiunt. 1. Cor. 15. 1. Thess. 4.

E P I L O G V S .

1 Descriptio personæ Stephani. vir plenus gratia & fortitudine, & multis præclaris & sanctis dotibus præditus. Typus diaconorum Ecclesiæ, similes conditiones Episcopi & diaconi vide in Paulis: vnde pudeat nos, quæ ex diametro pugnamus,

2 Typus impiorum veritatem impugnantium, quod veritate non possunt, syrophantiis & calumniis tentant. Et hæc semper fortuna fuit Christianorum, vt grauarentur mendaciis. Hinc tot Apologetici, Tertulliani, Iustini, Quadrati, Militiadis, &c. Hinc calumnie horum temporum blasphemia in Deum, diuorum contemptus, sacramentorum conculcatio, bonorum operum proscriptio.

3 Fortior est quem Deus defendit, quàm quem mundus persequitur. Mira consolatio oppetentium mortem pro veritate, videntium stantem et auxiliantem Christum. Visi sunt enim oculis insipientium mori, illi verò sunt in pace. Sapien. 3.

I N F E R I I S E I V S D E M P R O T O M A R -
T Y R I S E V A N G E L I V M .

In illo tempore, dixit Iesus turbis Iudæorum & principibus Sacerdotum: Matth. 23. Ecce ego mitto ad vos Prophetas & sapientes, & scribas, & ex eis occidetis & crucifigetur, & ex eis flagellabitur in Synagogis vestris, et persequemini de ciuitate in ciuitate, vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachie, quæ occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis venient hæc omnia super generationem istam. Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quæadmodum gallina congregat pullos suos ab alis, et noluit! Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis nō me videbitis amodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hoc Euangelium complectitur tria. Primo, beneficia Dei Iudæis præstita. cum ait Christus: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, Sapientes & Scribas. Sūt autē Prophetæ, qui Spiritus sancti nomine afflati, vaticinati sunt, & futura prædixerunt: vt Moses, Prophetæ reliqui, & Apostoli: quos etiam Prophetas vocat, quod spiritu diuino & docti munere sint, ac esse debeant instructi, viri graues & diuini. Sunt autem sapientes, qui per scripturas & homines edocti, verbum Dei prædicant: vt discipuli Apostolorum, & filij Prophetarum: quos etiam sapientes vocat, quod sint & esse debeant rerum periti, varia rerum experientia pruden-

Apostoli legati Christi fuerunt. Similitudo qua se Christus gallinae comparat.

prudentes, & ad res feliciter gerendas appositi. Sunt autem scribae, qui scriptis & libellis docent, ubi praesentes voce alloqui non possunt: ut Euangelistae, eorumque successores: quos denique etiam scribas vocat, quod sint ac esse debeant in scripturis exercitati, & diuinae legis consultissimi. Tales legatos ad Iudaeos misit Dominus etiam post resurrectionem suam: & misit quidem hos ob nihil aliud, nisi ut congregaret illos, sicut gallina pullos suos sub alas congregare solet, hoc est, ut eos à miluo infernali satana eriperet, atque in regnum suum caeleste aeternum tutos collocaret.

Est autem amplissima Dei gratia, ubi Deus praedicatores mittit. Ibi enim necesse est sequi gratiam & salutem. Hoc constat ex illis locis, ubi Christi Euangelium secundum doctrinam veram & catholicam, quam sola Romana tenet Ecclesia, praedicatur: ubi mandata Dei seruantur. Quanta gratia in primitiua illa Ecclesia erat inter Christianos, Romanos, Corinthios, Galatas & Ephesios. Quanta sit & modo in illis locis, ubi secundum diuina mandata viuunt: hoc melius norunt qui charitatis praecipua custodiunt, audientes cum obedientia verbum Dei, ita ut custodiant illud.

Luc. 11. Plaga horrenda.

Est autem horrenda plaga & poena, ubi Deus praedicatores non mittit: Nam ibi necesse est sequi famem corporalem, & spiritualem. Hoc constat ex locis illis, ubi Christi Euangelium non praedicatur. Quam horrenda & infanda audimus facinora ab Indis infidelibus patrari: qui seipsum occidunt diabolo sacrificandos, cum diabolo loquuntur, & ipsius voluntate faciunt. Quid Mauri, quid Mahometani committant, quantas caedes quantas rapinas, quot incedia, quam innumera sacrilegia exercent: qui historias legerit, hoc certius iudicabit. Iure optimo nos dicemus: Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodomam & Gomorrhā fuisset. Isa. 1. & Rom. 9. Illa est extrema calamitas, quam Ieremias populo Israelitico praedicebat futuram: Omnis populus eius gemens, & quaerens panem. Thre. 1. Ibidem 4. ait Paruuli petierunt panem & non erat qui frangeret eis. Nos vero Catholici immensas gratias Deo agamus ob diuinum hoc semen verbi Dei in Ecclesia relictum: Nam alioqui reliquis omnibus deteriores essemus.

Hoc sic factum esse. Actorum liberatis testatur, & in Stephano etiam abunde videre est.

Secundo, complectitur ingratitude Iudaeorum, cum ait Christus: *Et ex illis occidetis crucifigetis, flagellabitis in synagogis vestris et persequemini de ciuitate in ciuitate.* Tanta enim fuit ingratitude, caecitas, & malitia Iudaeorum, ut ne unum quidem ex omnibus prophetis, qui optima quaeque docuisset, libenter que ad caelos vel humeris suis pertulisset eos, infontem ac immunem à morte paterentur. Quoties enim Mosi obmurmurabant, & lapidibus obrutum volebant? Exod. 15. 16. Num. 14. 16. & 20.

Quoties

Quoties Prophetas crudeliter occidebant, etiam inter templum & altare? Matt. 23. Quoties etiam Deum ipsum blasphemabant? Exod. 32. & tamen ingentia beneficia Deus illis praestiterat. Nam Noë à diluuiio liberauit, Genes. 7. Abraham ab igne Chaldaeorum eripuit, Gen. 11. Patres eorum ex Aegypto eduxit, Exod. 14. liberauit à morsibus serpentum, Num. 21. Dedit illis aquam, legem, atque Prophetas, Exod. 15. 19. Misit filium suum dilectum, Heb. 1. Gal. 4. Dei enim sapientia quae ineffabili consilio temperat omnia, priusquam puniret illorum pertinacem malitiam, omnibus modis reuocare studuit à crudelitate. Vnde legati nouissime missi, ob nihil aliud, quam ob salutem illorum venerant, nihilque aliud inter illos venabantur. Non enim cuiusquam exegerunt aurum aut argentum, sed solam omnium sitierunt salutem. Sed illorum malitia Dei vicit bonitatem, & in ipsos peruersissimi atque ingratiissimi fuere, qui omnibus modis optimè illis consultum cupiebant.

Id quoque exprobrat illis, dicens: *Ierusalem, Ierusalem, quae occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt.* Missi sunt, emphasim habet, ac si dicat, Pater caelestis ex immensa sua in te bonitate salutis nuntios tibi mittit, quos tu miseris oculis cōficias. Quae gens vnquam tale aliquid in Feciales commisit? Hanum tyrannus Amon, seruatorum suorum pessimo seductis consilio, legatos Davidis dimidia parte barbæ rasa, vestibisque vsque ad nares praecisis confusos dimisit. Sed nihil hoc ad poenas eas & contumelias quibus Iudaei affecerunt Christi Apostolos, quos etiam turpissima morte sustulerunt. Adde quod longè minus fuit nuntium amicitiae David ad Hanum, quam nuntium Dei ad Israël, quippe quo Israël ad adoptionem filiorum Dei accerseretur. Ierusalem terrae promissae metropolis erat, vrbs vocata sancta, quia ibi templum & praecipua Dei maiestatis monumenta. Haec ergo tanta vrbs in latronum speluncam abiit, quod horrendum certè est dictu (quae lapidas eos) facta meretrix, interfectrix, latro & homicida, Isaia 1.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. & noluit? Mira Dei benignitas, quia non obstantibus occisionibus sanctorum, non tamen desistit reuocare eos à malitia. hinc ait: *Quoties, &c. Saepenumero non solum, sed semper Dominum voluisse congregare praefractus Israelitas, retrò (ut Beda ait) testantur scriptores. Quo verò & quanto affectu hoc facere voluerit Christus benedictus, praclare hic edisserit. Quis non videat quāto amore gallina pullos suos diligat? Ex hoc notissimo exemplo Deus caelestis pater suus erga Iudaeos affectum declarare voluit. Vnde etiam, teste Chrysostomo, Imago & figura huius auis sub alis suis pullos suos congregantis, apud Prophetas non inuenitur infrequens. Exo. 19.*

Cc

& 15.

Apostoli missi ob salutem.

2. Reg. 10.

Ierusalem omnium malorum lerna. Mira Dei benignitas erga Iudaeos.

Similitudo de gallina pullos suos congregante, Christi affectum erga Iudaeos declarat in simum.

& 15. Psalm. 16. 35. 56. 62. Deut. 32. Seruator itaque, gallinæ more, imò maiori affectu Iudæos congregare quidem voluit, sed infelices pulli maluerunt miluo diabolo præda fieri, quàm sub alis Dei patris saluari. Hinc exprobrando dicit, *Et noluit ac si dicat, A me nihil omissum est quo seruarêris: sed contra nihil à te prætermisum est, quo tibi perniciem accersires, & salutem excluderes.* Et testificatus est Dominus in Israel & in Iuda per manum omnium prophetarum & videntium, dicens: Reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodite præcepta mea & cæremonias iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu seruatorum meorum prophetarum: qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo. Misit Dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas, confurgens diluculo, mittensque, & non audistis, neque inclinastis aures vestras vt audiretis, cum diceret: Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris, & non audistis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum. Item Prouerb. 1. Vocauit, & renuistis, &c. Et Act. 7. B. Stephanus idem ipsis improperat, dicens: Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resististis, sicut patres vestri, ita & vos. Sed quia noluerunt congregari spiritualiter, dispersi sunt & corporaliter.

Vtinam hæc exprobratio non congruat & nobis catholicis, quibus Deus mittit prophetas, concionatores, qui non adulterant verbum Dei, sed in manifestatione veritatis, nobis sacram annuntiat doctrinam, cuius instructione vitam æternam promereri & consequi possimus. Misit olim Deus ad Iudæos, Moysen, Isaiam, Ieremiam, ac reliquos prophetas, quos omnes penè occiderunt, atque adedò ipsum Christum. Misit ad maiores nostros, Apostolos ac discipulos: at tyranni ipsos occiderunt. Mittit ad nos modò concionatores, Episcopos, pastores, ac reliquos ministros: & sunt qui vel ipsos (proh dolor) occidant, vel eorum famam detractionibus lædant: adeo vt non iniuria Iudæorum aut tyrannorum filij videamur, qui patrum mensuram implere nitimur. Vtinam & nobis non dicat Christus, quod Iudæis ipsum dixisse asserit Euangelista, Quoties volui cõgregare filios tuos, &c. & noluiti, &c.

3 Tertio, complectitur hoc Euangelium pœnam huiusmodi ingrati tudinis, cum ait Christus, *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zacharia, &c. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.* Item cum ait: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta,*

Heretici Iudæorum instar, concionatores ac Episcopos occidunt.

Matth. 23. Genes. 4. Hebr. 11. 2. Par. 24.

deserta. Dico enim vobis: Non me videbitis amodò, &c. Puniet enim Iudæos Deus spiritualiter & corporaliter.

Quia enim prophetas occiderunt, Messiam suum in crucem egerunt, Stephanum lapidauerunt, Act. 7. Apostolos expulerunt, nec non verbo Dei sese indignos reddiderunt, coguntur ferre innoxium sanguinem ab exordio mundi effusum, & vsq; ad nouissimum effundendum. Non quòd alieni peccati, cuius etiam non sit reus aut saltem imitator, quisquam luat supplicia: sed qui multos propter peccata sua vexatos & punitos non ignorat, neque illorum exemplo factus est melior, sed eadem committere non formidat, illorum quoque pœnas iustè sustinebit. Vnde & hîc ipsos filios dixit viperarum, malitiæ scilicet veneno patribus æquales. Tale quid olim dixit, Exod. 20. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui me oderunt: & faciens misericordiam in millia his qui diligunt & custodiunt præcepta mea.

Sic fiet omnibus qui authores & capita sunt nouæ doctrinæ, aut hæreseos, vt Lutherus, Melancthon, Brentius, Calvinus, Anabaptistarum pater. Hi non solum sua ferent peccata verum & omnium hominum suo errore seductorum. Hæc doctrina non tantum instruit Iudæos, verum & nos Catholicos docet, ne vlla ratione committamus aliquod peccatum, quod reliquis Christianis peccandi occasionem præbere possit. Aeternam damnationem imprecatus est Christus ijs, per quos scandala veniunt.

In Abele & Zacharia, quos hîc seruator commemorat, non solum Prophetas, sed & omnes innocenter neci datos complectitur, quia de infirma re & minimo quocumque pœnas sumet iudex conditor omnium. De Abele habes, Genes. 4. quòd fide obtulerit per charitatem operante. Hebr. 11. Qui propter inuidiã occisus fuit à fratre, sicut dicitur. 1. Ioan. 3. De Zacharia filio Barachiz siue Ioiadæ habes, 2. Par. 24. Ioiadas pontifex summus, puerum Ioas ab Athaliæ manibus ereptum clam sustulit, atque in religione Mosaica ritè instituit, deinde regem constituit. Huius item præsidio synagogam ab omnibus abusibus reformauit, regemq; in Dei timore bene institutum, ne à via recta laberetur sedulo admonuit. Mortuo verò summo pōrifice, delinitus rex aulicorum suorum obsequijs, à religione defecit, & (quod textus habet) non habuerunt aures audiendi. Mirtebat namque Deus eis prophetas, vt reuerterentur ad Dominum, quos protestantes illi audire nolebant. Sequitur, Spiritus autem Domini induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus: Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non

Deut. 24. Ezech. 18.

Heretici viperarum filij.

Num. 14.

Hereticarum ferent seductorum peccata.

Matth. 18.

Ioas regis à lege defecit.

*Zacharias
propheta
occiditur.*

*Ioiadas
pontifex
binomius.*

*Alas con-
trahere.*

*Christi ni-
dus ciuitas
fuit Ieru-
salem.*

Ioan. 11.

*Iudæi om-
nium gen-
tium mise-
rabiores.*

proderit, & dereliquistis Dominum, vt derelinqueret vos? Qui cōgregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperiū in atrio domus Domini. Et non est recordatus Ioas rex misericordix quam fecerat Ioiada pater illius, sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur, ait: Videat Dominus & requirat.

Obseruandum etiam hīc est, Ioiadam fuisse binomiū, quem admodum plures in nouo & veteri Testamento, conueniuntq; nomina tanti viri religioni. Pontifex erat, Christus erat Domini, & huic quadrat nomen Barachias, quod sonat sanctum, siue consecratum Domini. Deinde erat religiosus, atque adeo acceptus Domino, quod nomen Ioiadæ præ se fert.

Cogūtur Iudæi insuper ferre desertionem templi, ciuitatis, & regionis Iudææ. Nam bonus ille pastor pedum confregit, vt Zacharias ait, & oues errare sinir, Zach. 11. Gallina alas contraxit, nec pullos amplius regere quærit. Deus verbum suum illis abstulit, omnemq; gratiam & misericordiam subtraxit, neque amplius habent regem, prophetas, templum, cultum, &c. Osee. 3. & impletum est in illis dictum Psalmi 67. Deus caput inimicorum suorū conquassabit, & verticem capilli abradet: & Psal. 108. Dilexerunt maledictionem, & eueniet eis: benedictionem repudiarunt, & elongabitur ab eis. Hinc ipsam ciuitatē, quam nidum suum vocauerat, nunc domum Iudæorum appellat, quæ nō immeritō Domini auxilio nudata, suæ ditioni relinquitur: quia non solū auis, illius omnipotentis, quam Matthæus gallinam nuncupat, alis protegi despexit, sed & eandem auem se protegere volentem, vulpibus deuorandam, hoc est, Herodi & Pilato crucifigendam tradidit: Nec mora vulpium earundem, hoc est, regum terræ & ipsa rapinæ donatur. Occiso enim Domino, venerunt Romani, & quasi nidum vacuum diripientes tulerunt eorum locum, gentem, & regnum, quod per spiritum propheticum olim prædixit Dan. 9. cap. Et ciuitatē & sanctuarium dissipabit populus cum duce vêturo, & finis eius vastitas. Non est miserabilior gens in terris, quàm Iudæorū. Nihil habent proprij, ex vsura, furto, rapinis viuūt: veluti principes futurum, & prouinciarum expulatores. Christum saluatore nostrū semper benedictum, maleficum & latronem appellant, & propter flagitia sua crucifixum, cum nos Christianos obuios saluant, maledicunt nobis, & gehennam imprecantur: id quæ quotidie faciunt, & liberos suos instituunt, vt idem faciant. Deus nos ab eorum maledictionibus seruet, Amen.

Sicut enim diabolus in peccatis & etiā in sanguinis humani effusione potissimū lætatur, ita diuina maiestas per vtrumq; præcipuè offenditur. Propterea, vt Chrysostr. ait, & sanguinem sibi offerri voluit, vt ostēderet, quia si brutorū sanguis ita pretiosus est, quanto magis hominis? Psal. Pretiosa in conspectu Domini

Domini mors sanctorum eius. Quod ad Noë expressius dixit: Vindicabo omnem sanguinem effusum. millēq; alia inuenire possumus diuinitus à Deo Iudæis iniuncta, vt ab effundendo sanguine remorarentur. Videmus exempli causa Cain pœnam suam statim ipsum prælaguisse, Gen. 4. Et Ioas statim interfecto Zacharia, à Syrijs malè acceptus, semiuiuus relinquitur, vt à proprijs seruis occideretur. 2. Paral. 24. Sic Iudæi in pœnam ingratitude relictī sunt à Christo in cecitate mentis suæ, donec aliquando, vel tantis docti malis, resipiscant. Dico enim vobis, inquit, non videbitis me, quousque venerit illud tempus, quo me videntes oculis fidei, dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini, quem nunc calumniamini venisse in nomine Bee'zebub. In quo notatur conuersio reliquiarum ante Domini aduētum ad iudicium, de qua dicitur. Vel mysticè innuit, vt Iudæi quem nunc contemnunt humilem, tunc in maiestate veniētem confiteantur vel inuiti, quando videbunt in quem transfixerunt. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.

Abstulit ergo Deus Iudæis synagogam, quia ipsi prius sponsum & Dominum synagogæ reliquerunt. Auferetur à vobis regnum Dei, &c.

Abstulit quoque Deus orientalibus regnis Ecclesiam, quæ innumerabilium martyrum sanguine & doctorum admiranda doctrina decorata & illustrata fuerunt: quia ipsi prius Christum clarissimum eiusdem Ecclesiæ sponsum dereliquerunt. Quam plurimis ciuitatibus in vicinis regionibus abstulit etiam Deus abhinc quadraginta annos Ecclesiam catholicam: quia ipsi Christum & eius vicarium Romanum Pontificem reliquerunt: neque sunt iam inferiores miserijs & calamitatibus, ipsis Iudæis: siquidem non minus quàm Iudæos Deus illos odio habet, atque ad nauseam vsque abominatur, à Turcis persequuntur, à Catholicis negliguntur.

EPILOGVS.

1 Hic habes causam occisionis omnium prophetarum, & veri heredis Christi, & Apostolorum eius fuisse superbiam cordis. nihil ergo magis Christianus studeat vitare, quàm tumentem & erectam ceruicem, Dei contra se odium prouocantem, inquit Hieronymus.

2 Apostolus hic vocat prophetas, sapientes, & scribas, quia dominus eos populo dedit doctores & rectores omni scientia & prophetandi gratia ornatos, Ephes. 4.

3 Dulcissima similitudo, qua se Christus gallinæ comparat, nos pullis, per quem solū à miluis hoc est, diabolis liberi euadimus, fide in Christum, sicut incredulitate excidimus, et audimus horrendū iudicium cum Iudæis incredulis. Relinquetur vobis domus vestrā deserta Hæc iam aliè animis

nostris infideant, discamusque aliorum periculo vitare nostrum. Poeta:
Felix quem faciunt aliena pericula cautum; dignè excipiamus legatos
Christi, nosque cōgregari sinamus, ne relinquamur à Domino, sed ut po-
tius aduenturum lati excipiamus, cumque illo regnemus. Amen.

IN FERIIS IOANNIS APOSTOLI
ET EVANGELISTAE
EPISTOLA.

Eccle. 15.

Qui timet Deum, faciet bona: & qui continens est iustitiæ, apprehē-
det illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mu-
lier a virginitate suscipiet illum: Cibabit illum pane vitæ, & intellectus,
& aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, &
non flectetur, et continebit illum, et non confundetur, et exaltabit illum
apud proximos suos, in medio Ecclesiæ aperiet os eius, et adimplebit illū
spiritu sapientiæ, et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum. Iucundita-
tem et exultationem thesaurizabit super illum, et nomine æterno here-
ditabit illum Dominus Deus noster.

INSIGNE encomium timētis Dei & iusti hodierna lectio
nobis proponit, quæ cam ob causam in præsentibus D. Io-
annis Apostoli & Evangelistæ feriis legitur ab Ecclesia, quod
omnia illa quæ hîc de timente Dei & iusto commemorantur
eidem Ioanni optimè conueniant, ac in primis quidem quod
inter alia legatur quemadmodū iustitia in medio Ecclesiæ ape-
ruit os timentis Dei ac iusti impleueritque eum spiritu sapi-
entiæ & intellectus: nam si cuius os hoc pacto in medio Ecclesiæ
vnquam apertum fuit, Ioannis certè os verè sic apertum est: &
si quis vnquam impletus fuit spiritu sapientiæ ac intellectus,
Ioannes profectò impletus est ad hunc modum. Id enim plus
satis liber eius Euāgelicus quem nobis reliquit, testatur: ut in
quo sic præ alijs de ineffabili diuinitate, generationeque æterni
verbi Dei disserat, ut ipsum celestis sapientiæ, intellectusque spi-
ritu plenissimum fuisse fieri cogamur.

Timens
Dei quis
sit.

Iustus quis
sit.

Luc. 2.

I Dicit nimirum de illo duo præcipua. 1. Quîdam scilicet
timens Dei faciat seu operetur. Sed prius paucis considerandū
quis nā verè timens Dei, & iustus sit. Is in sacris literis timens
Dei dicitur, qui veretur offendere Deū, eoque in omnibus suis
bonis operibus timidus est: & sic cum timore tremorēque sa-
lutem suam operatur: hoc est, qui quidem facit quicquid Deo
scit esse gratum, sed tamē nunquā se satis fecisse veretur, sem-
per suam imperfectionem accusans. Iustus vero in sacra scrip-
tura dicitur ille, qui modis omnibus iustitiæ & sanctitati incū-
bit, tam coram Deo quàm coram hominibus, verū non fidit
iustitiæ suæ aut meritis, sed solum Iesum Christum & huius
merita pro sua iustitiā ac sanctitate agnoscit, habetque, talis
fuisse describitur S. Simeon,

Si facta

Si facta operæ eius quærimus, merum bonum facit, hoc
est, nihil cōmittet quod Deo displiceat, nihil faciet, nisi quod
Deo gratum esse sciat. Qui etiam sic iustus est, & iustitiæ con-
tinens, is haud dubiè apprehendet iustitiā: hoc est, Christi
meritis & iustitiā donabitur, sicque coram Deo iustus appa-
rebit, & in Dei iudicio poterit subsistere: imò tam verè certo-
que apprehendet iustitiā, ut & ipsa iustitiā (nimirum Iesus
Christus Dominus noster) ei vltro occursura sit, & amplexura
illum, quemadmodum mater honorificā vnigenitum charissi-
mūque filium, ac sponsa primū suum sponsum (quē lon-
gè dilectissimum habet) amplectitur & osculatur. Sic enim
clamat in Euangelio: Venite ad me omnes qui laboratis & o-
nerati estis, & ego reficiam vos.

I. Cor. I.

Matt. I I.

Et quomodo timens Dei non faceret bona, cum in omni-
bus operibus suis semper sit pauidus, nunquam se satis piè a-
gere arbitretur? Prouerb. 15. Per timorem Domini declinat
omnis à malo. Et Eccle. 7. Qui timet Deū, nihil negligit. Quo-
modo item non apprehenderet semper iustitiā, cum iniu-
stitiā ex animo oderit, sciātque ipsum Deum & iustum esse,
& iustitiæ amatorem vnicū?

2 Dicit quid fructus seu præmij sequatur ipsum Dei timē-
tem & iustum, tum hîc, tum illic. Obuiat enim ei Iustitia ma-
tris charissimæ instar, ceuque sponsum suum sponsa suscipit
illum, & omnia sua bona in ipsum effundit, cibans videlicet
ipsum pane vitæ seu verbo Dei, potansque ipsum aqua sapi-
entiæ & intellectus, hoc est, omnigena gratia, spiritu vberissimo.
Cibabit illum (inquit Sapiens) pane vitæ & intellectus, et aqua sa-
pientiæ salutaris potabit illum. Quia timens Dei & iustus, agnos-
cēs se natura & ex sese mortuum ac prorsus stultū esse, esurit,
sititque ex animo Christi vitam & sapientiam. sic vtraque im-
plebitur, ut neque in vita, neque in intellectu, neque in vera sa-
pientia, ei vnquam quid defuturum sit, ut neque esuriturus
neque sititurus sit in æternum.

Qui fru-
ctus iustū
sequantur.

Secundus autem fructus est, quod firmat continētque ti-
mentem Dei & iustum iustitiā, ut in pietate non possit vacil-
lare, non ab ea deflectere, non in peccata labi: quantum liber
satan, caro, mūdus, ad impietatem, peccatāque sollicitent, cum
dicit: Et firmabitur in illo, et non flectetur, et continebit illum, et nō cō-
fundetur. Quoniam timens Dei & iustus de proprijs viribus
desperat, solumque Dominum ponit firmamentum suum &
unicū robur, refugiumque: idcirco sic Dominus firmabit &
continebit illum, ut neque flectendus, neque confundendus
sit ab vlla creatura, imò ut ne ipsæ inferorum portæ præuali-
turæ aduersus illum sint, Matth. 16. Psal. 72.

Fructus se-
cundus.

Timentis
Dei & iu-
sti, propriū
Tertius fru-
ctus.

Tertius vero fructus est, quod iustitiā (Iesus Christus) illū

C c 4

exaltat

exaltat apud proximos seu vicinos: donans. s. eum eloquentia, sapientiaque & intellectu huiusmodi, vt omnibus alijs possit salutaria dare cōsilia, vt alios possit erudire, vtq; proin ab omnibus & audiatur & suscipiatur, vnde sequitur: *Et exaltabit illū apud proximos suos, et in medio Ecclesie aperiet os eius, et implebit illū spiritu sapientie et intellectus, et stola glorie induet illum.* Quemadmodum timoratus & iustus corā Deo in honore magno habetur: sic & Christus illum apud homines faciet honorabilē, idque sapientia, intellectu & eloquentia: adeo vt ab eius consiliis & ore vniuersi pendeant, vt ipsis etiam hostibus suis admirationi simul & stupori sit futurus: quod nimirum in B. Stephano satis claruit.

*Quartus in
sti & ti-
mentis
Dei fru-
ctus.*

Cæterum vltimus fructus est, quod iustitia vestitura illum est stola glorie, iucunditatē et exultationem tbesaurizatura super eum, et nomine eterno ipsum hereditatura, sicut textus habet: hoc est paratura illi post mortem, æternā gloriosamque apud posteros in terris memoriam, & perētia ineffabiliaque in cælis gaudia ac præmia. Audiuius igitur hætenus quomodo timens Dei & iustus habiturus sit coram Deo, quomodo coram hominibus, tam inimicis quàm amicis, atq; adeo in præsentī vita. At hic audimus quid post hanc vitam idē expectaturus sit, nimirum sempiternā iucunditatē, exultationem nunquam finiendā, & nomen deniq; æternum: idq; non solum apud Deum in cælo, verū etiam apud homines in terris. Vide: tot tantiq; fructus consequentur piū & iustum hominem, atque hos eosdem in omnibus etiā piis videmus, in Stephano, in Ioāne, & reliquis Dei cultoribus. Hi igitur & nos ad timorem Dei & iustitiam exstimulent: vt nimirum itidē timeamus offendere Deum, salutem nostram cum timore & tremore operemur, iustitiæ & sanctitati per omnem vitam studeamus, at interim nunquam nos satis iustos esse, aut satis timuisse Deum putemus, ideoq; in Christum figamus omnem spem & iustitiam nostram, &c.

EPILOGVS.

1 Operibus bonis super Christum edificare, est sapiētis & timētis Dei. Sapiētis item est, candelā ardentem ferre, hoc est, rationabili obsequio Deo ministrare, nō hic agitur de timore seruili, de quo ait, *Oderūt peccare mali formidine pœnæ: sed de filiāli qui peccare odit saltē virtutis amore.*
2 Timens Dei qui sit, nempe boni operis factor, verbiq; Dei custos & obseruator, *Iohan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, etc.*
3 Fructus timoris Dei & studij sapientiæ, est iucunditas et exultatio, nominisq; æterni hereditatio sapientiæ cortex amarus, sed dulcis medulla. Breuiter hæc omnia quæ hic sapiens enumerat, significant iusti mercedē esse ineffabilem, et gaudia regni celorum illi promissa esse ineffabilia, *Esai. 64. 1. Cor. 2. 1. Pet. 1. Apoc. 2. et 3.*

I N

I N F E R I I S E I V S D E M
EVANGELISTAE
EVANGELIVM.

In illo tempore dixit Iesus Petro, *Sequere me: Conuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem, qui et recubuit in cæna super pectus eius, et dixit. Domine, quis est qui trader te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eū volo manere donec veniā, quid ad te? tu me sequere, Exiit ergo sermo iste inter fratres quod discipulus ille nō moritur. Et nō dixit ei Iesus, non moritur, sed, sic volo eū manere donec veniam, quid ad te: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc. Et scimus quia verum est testimonium eius.* *Iohan. 21. 4*

Hoc Euangelio proponuntur nobis tria.

Hi Vt Christo vocanti obedientes nos præstemus, & ipsum sequamur, cum ait Christus, *Sequere me.* Teneatur Christianus Christum sequi in doctrina, vt nihil aliud doceamus, prædicemus, teneamus, audiamus aut admittamus, quàm quod Christus per totos tres annos docuit, Apostoli prædicarunt, Ecclesia Romana ab ipsis Apostolis vsque ad nos tradidit, & semper tenuit, Patres à suis maioribus audierunt, & Concilia statuerunt ac decretauerunt. Nam iuxta regulam illam auream diui Vincentij Lyrinensis, illud est Catholicum, quod semper & vbique & omnes sunt professi.

*Vincentij
Lyrinensis
canon. Ec-
clesia Ro-
mana pon-
tificia verè
Christū se-
quitur.*

Ecclesia Romana Pontificia verè Christum sequitur, quia id docet quod ille docuit, prædicat quod Apostoli prædicarunt tenet quod ipsi & sui successores tenuerunt, gratiosè audit quod maiores ei⁹ audierunt, tenet quod sanctissima illa cōcilia tenendū statuerunt. Est catholica, quia nihil est in illa quod nō semper & vbique & ab omnibus verè orthodoxis receptū fuerit.

Teneatur quoque Christianus Christum sequi in vita, vt exemplo Christi admoniti, simus pauperes spiritu, mites, misericordes, pacifici, puri corde, obseruatores mandatorum Dei. Hæc sequela versa est in tergiuersationē, & retrospectiōnē. Nā nec Christo dicenti, qui sequitur me, nō ambulari in tenebris, Ioan 8. aurem præbemus: nec sanctos, ac in primis Paulum dicentem, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* 1. Cor. 11. sequi volumus, sed alij superbiam, alij avaritiā, alij luxuriam, alij peccata, alij Lutherum, alij Caluinum, alij Brentium, alij alios hæreticos sequimur. Tergiuersantur alij atque sectantur hæreticos nostri tēporis, qui non sunt ex nobis, neque de ouili Christi. Qui autem sanctos, Augustinum, Ambrosium, Dominicum, & Benedictum imitantur, hi Christum sequuntur, non ambulant in tenebris, ideoque habebunt lumen vitæ. Imitantur hos patres, qui Christi vestigia sunt

*Qui sancti
sunt in illā
di.*

C c 5

secuti:

secuti; itaque sunt imitatores & sequaces Christi. Philippen. 3. 1. Corinth. 11. Licet imitari sanctos, fide, charitate, alijsque diuinis virtutibus claros. Nec idcirco quicquam detrahatur gloriæ Christi: imò multum accedit, siquidem ipsi Christi vestigia sunt secuti. Vnde Paulus Philippen. 3. Ephes. 5. 1. Corin. 4. & 11. Hebræo. 6. dicebat, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Licet eorum regulas profiteri, vitamque ad eorū sanctiones instituere, vt quæ suæ rectitudinis & iustitiæ Christi amissim habeant & fundamentum.

Tenetur insuper Christianus Christum sequi in morte, vt crucem nobis diuinitus impositam patiēter feramus, pro inimicis oremus, vt docet Christus Lucæ 9. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui Christum sequendum putant sine cruce, errant; nam Christus nō est ingressus sine cruce in gloriam suam. Sacerdotes veteris legis non intrabant sanctuarium sine sanguine, Luc. 24. Christum oportuit pati. & Heb. 9.

Priuatim verò hoc verbo, *Sequere me*, vrsit Petrum ad sui sequelam, quia cum Apostolorum principem voluit designare, vnde & alibi hac ratione non nihil priuatim cum ipso egit. Sensus ergo est, scis qua via ad gloriam meam ierim, noveris idem iter & tibi tendendum. Morte mea mortem debilitaui & vici. Fortis vt mors dilectio. Cant. 8. Tu itaque si diligis me, eodum vade mecum. Crucis illa via ad Patris omnipotentis gloriam tibi in salutem, Ecclesiæ vniuersali (in fide tuæ professionis fundatæ) in decus æternum est futura. Apostolatus Patris mei nulla alia est ratio, ne timeas post me & mecum ire qui mecum cupis in regno patris mei discubere. Reliqui tui collegæ & ipsi persecutionem sustinebunt. Tu verò qui summus meus vicarius à Patre es electus, mihi similem mortē patieris. Ego in Metropoli Iudæorum cruci sum affixus, tu in metropoli Ethnicorū, Romæ scilicet, cruci es suspēdendus. Pastorē me bonū morte mea declaravi, Ioānis 10. Suppastor quoque ex patiēdo bonitatē suā declarat, oportet. Neq; enim sufficet si in pascēdo me sequatur, nisi & patiēdo pro grege afficiam se verum meū comprober. Vicarius tu meus eris, idem & meus cōcrucifixus. Sub passionem meā dixi: Quo ego vado, nō potes me modò sequi, sequeris autē postea, qui te mihi denouisti Matth. 26. In horto nolui Iudæos tibi manus inferre, nolui tibi tunc calicē meum dare necdū gloriosum; quia nondum viceram mundum. Nūc cum videas mortem meam morte triumpharam, ipsum calicem meum gloriosum tibi nō negauro, qui te consortem regni mei esse volo. Non ergo sequela hæc accipiēda est solum de passione, sed & de pastoralis officij commissione. Summum namque Pontificem hic Petrum

Non sine
cruce sequē
dus Chri-
stus.

Dilectio
fortis vt
mors.

Christi &
Petri mors
similis.

Ioan. 13.

Calix Chri-
sti glorio-
sus.

trum constituit, vnde tanta cum eo egit vehementia, quoniam & magna est eius conditionis siue dignitatis eminentia. De primatu Petri locuples testis est D. Chrysostom. qui hoc loco dicit Petro totius orbis terrarum curam commissam, ac si dicat Christus: Quia ego prius pro tua redemptione, crucis supplicium subire non timui, idē tu pro mei nominis honore & confessione illud formidare non debes, sed loco mei gregem procurare, cui te vicarium & imitatorē & successorem meum relinquo. Et August. in Ioannem, dicit Petrum Apostolatus primatum tenuisse, quando ait, Pasce agnos meos, & sequere me. Necessum quippe fuit vt is qui Ecclesiæ vniuersaliter præferendus erat, & cæteris ardentius amaret, & perfectius imitaretur.

2 Proponitur nobis ne vocationes aliorum, aut Christi facta curiosè inquiramus: sitque vnusquisque sua vocatione contentus. Nam Petrus conuersus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Quibus verbis Ioannes commendatur. Primò, à discipulatus honore, quia vnus ex duodecim electis, Mar. 6. Maximum est Christi verum esse discipulum. Ioan. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit.

Secundo à singulari dilectione: Non ad sui iactantiam toties commemorat se specialiter dilectum à Iesu, sed vt tanti beneficii gratus existat, & quia suauissimum sibi fuit recolere, quàm affectuosè & familiariter se Iesus habuit ad ipsum, diligebat ergo eum Iesus, non exclusis cæteris, cum omnes diligeret, ipso testante Ioan. 15. sed præ cæteris, quem specialis prærogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignum: quia virgo ab eo electus, virgo in æuum permansit. Qui sectatur cordis munditiam, habebit amicum regem. Tribus namque specialia quedam dilectionis ostendit signa, Petro, Iacobo, & Ioanni, tam ad hæc quam aduersa secreta eos admittens, vt in suscitatione puellæ, Marc. 5. in transfiguratione, Matth. 17. in passionis agone. Matth. 26. singularia tamen Ioanni exhibuit: vnde & famosum fuit inter discipulos ipsum dilectum aut charum Iesu nominari. Atque vtinam tam sincerus amor in sanctulis nostris lateat, qui nonnunquam charos aut charas, quos sic vocant, munusculis reciprocis sibi conciliare gaudent, cum, teste Hieronymo, sanctus amor munuscula non habeat.

Sunt enim quinque veræ amicitiae indicia, quæ & Christus suo charo Ioanni exhibuit. Primum, mutua coniunctio. Hinc in cœna super pectus Iesu recubuit, Ioan. 13. Non paruum in isto præclarissimo conuiuio vltimi vale, proximum esse Christo, quod cum selectis totius mundi fecit, Luc. 22. vbi

D. Petri
primatus
cōstituitur.

1. Tim. 3.
& 4.

Quotupli-
citer hic
Ioānes cō-
mendatur.

Prærogati-
ua casti-
tatis D.
Ioannis.
Christi
amoris spe-
cialia fe-
gna.

Amicitia
veræ in-
dicia.

& sa-

& sacrosanctū corporis & sanguinis sui sacramētum instituit.

Iudæ pro-
ditoris in-
dicatio.

Secundum, secretorum reuelatio. Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos: quia omnia quæ audiui à Patre, nota feci vobis. Omnibus turbatis, soli Ioanni indicauit proditorum, Ioan. 13. Ipse quoque super pectus illud recubuit, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, Coloss. 2. Vnde & sapientiæ & intellectus vberius suxit, quare altissime super omnes de diuinitatis & trinitatis scripsit mysterio, Ioc. 1. cui status ecclesiæ in finem vsque reuelatus fuit, Apoc. 1.

Voluntatū
consensus.

Tertium, voluntatum consensus. Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. Ipse autem ad Domini vocantis vocem, & patrem & nauim reliquit, Matth. 4. Sic & modò hic nihil de statu suo sollicitus, totum se Domino commisit.

Thesaurus
mundi to-
tius.

Quartum, thesauri commissio. Vnde Dominus pretiosissimum & singularem thesaurum, de quo totius mundi sumpsit pretium, matrem scilicet in suo recessu tanquam fidelissimo amico commisit, Ioan. 19.

Aduerso-
rum tole-
ratio.

Quintum, aduersorum toleratio. Eccles. 6. Si possides amicum, in tentatione posside eum. Sic ipse affuit morienti, Ioan. 19. Exilium in Patmos insulam pro fide suscepit, Apoc. 1. Venenum bibit, dolium feruentis olei superauit.

D. Ioannis
martyriū.

Hunc ergo discipulum quum vnice diligeret Petrus, & Domino cæteris chariorem semper fuisse sciret, ac tum non iustus sequeretur Petro proximus, rogat Dominum quid de illo futurum esset, iam ipse de sua vocatione certior factus, & ait: *Domine, hic autem quid?* Cunctationem & curiositatem hæc quæstio importat. Sequebatur quidem, sed & conuertebatur. Qui mittit manum suam ad aratrum, ne retrospiciat. Sepeliat mortui suos mortuos: Christum incunctanter sequamur oportet. Petrus etiam hic voluit de fratre & condiscipulo suo cognoscere quanam ille morte ad gloriam regni cælorum esset transiturus. *Et dicit ei Iesus, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.*

Ratio hu-
mana rerū
diuinarum
percuncta-
trix.

Ex his verbis elicirur quod humana ratio facta diuina semper inuestigare præsumat. Nam Petrus vocatus à Christo vt ipsum sequeretur, quid de Ioane facturum sit, interrogat, quasi rationem postulans illius discretionis. Hinc verat scriptura, ne ea quæ captum nostrum excedunt, inquiramus, Eccles. 3. *Quid necesse est homini maiora se quærere?* Isa. 40. Sapient. 9. Rom. 11. O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.

Elicitur proinde ex his verbis, quod mortales interdum solliciti de aliena salute, propriæ obliuiscantur. Nam Petrus, cum ad vitam à Christo vocaretur, non inuestigio sequitur, sed de Ioan-

Ioannis statu sollicitus, quid de illo sit futurū sciscitatur, cum sua nihil interesset hoc scire, sed Christum sequi, ei que obtemperare. Hinc ait Christus per Salomonem, Prouerb. 1. Vocauit & renuistis.

Isa. 65.
Ierem. 7.

Insuper ex his verbis elicirur, quod nemo sua sorte sit contentus, sed alijs vel inuideat, vel succenseat. Nam Petrus quasi iudicans conditionem Ioannis meliorem, rogat, Domine hic Ioannes quid faciet? quare & ego cum illo, sicuti ipse manserit, non manebo? Hinc aiunt poetæ: Optat ephippia bos, piger, optat arare caballus, Horat. lib. Epist. 1. epist. 14. Fertilior seges est alienis semper in agris, Vicinumque pecus grandius vber habet. Ouidius: vnde sæpe peccatur in hoc prouerbium, Ne sutor ultra crepidam.

Ex hac Christi doctrina docentur Christiani, Primò quod debeant iuxta Pauli sententiam intellectum in obsequium fidei captiuitate, & diuina facta admirari, & reuereri: sunt enim quamplurima sacramenta atque diuina facta, quorum ratio ideo nobis est occulta, vt inde humiliemur, atque ad orandum pro intelligentia excitemur, quemadmodum docet Paulus, 1. Corint. 10. Captiuantes intellectum in obsequium fidei. Et Daniel interpretaturus mysteria statuæ Nabuchodonosor, humiliatur & orat, Daniel. 4. Dauid Psalm. 118. Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Habacuc cap. 3. Domine considerauit opera tua, & expaui.

Facta quæ-
dā diuina,
cur nobis
occulta.

2 Docentur, quando Christus nos vocat, continuè ipsum nos debere sequi, idque animo tam prompto, vt vel patre ac matre relictis ipsum sequamur. Est habenda ratio proximorum, ea tantum quæ nos à Christo sequendo remorari non possit, quemadmodum Matthæus vocatus à Christo prætereunte, relicto telonio mox securus est, nihil interrogans, Matth. 9. idem Petrus & Andreas faciunt relictis retibus, Matth. 4. Luc. 5.

3 Docentur varias esse Christianæ militiæ vocationes, debet igitur vnusquisque illam tenere, ad quam vocatus est. Nec putemus eos otiosos esse qui ad nostram vocationem non sunt vocati.

1. Cor. 7.
Ephes. 4.

4 Docentur Christiani, quod non omnes eodem modo Deus tractet, sed de singulis prout visum est, experimentum capit. Hinc alios dedit Apostolos, alios Evangelistas, alios doctores, alios pastores, alios martyres, alios confessores, &c. Ephes. 4. Apostolos atque martyres varijs affectis supplicijs, alios sanctos summa pace ad vitam vocauit. Ita modò quosdam Christianos affligit, alios lætificat: quosdam pauperes, alios diuites, quosdam languidos, alios integra valetudine ad se sequendum inuitat. Omnes eo modo quo nos vocat, ad ipsum curramus,

Sanctorum
varia con-
ditio.

2. Cor. 6.

mus, per infamiam & bonam famam, per gloriam & ignobilitatem.

Deus vitæ
& mortis
Dominus.

3 Hoc Evangelio proponitur, Deum non tantum dominum esse mortis ac vitæ, verum etiam singulis mortalium mortem pro sua voluntate ordinare, cum ait: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.* Non negat Dominus Iohannem per passionem sequi, cum Matthæi vigesimo dicat: Calicem quidem meum bibetis. & Act. quinto, Ioannes inter eos fuit, quibus cæsis Iudæi denuntiaverunt, ne in nomine Iesu loquerentur: sed superuacua Petri curam corrigit, quasi dicat: Potero cum exemplo Enoch & Heliæ in finem mundi viuum à morte præseruare, quod si fecero, nihil hoc ad te: Tuum non est scire huiusmodi mysteria, tua interest tuæ satagere vocationis, & videre qui illi rite respondeas. Te ad crucem voco, ego de alijs videro. *Exiuit ergo sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur,*

Petri cura
superua-
cua corri-
gitur.

Providentia
Christi in
vita &
morte.

&c. Ex his verbis liquet 1. Christi potentia atque providentia in vita & morte mortalium ordinanda. Nam Christus sua inscrutabili sapientia vult Petrum ad mortem crucis, martyriumque vocare: vult etiam sua diuina providentia ad aliud mortis genus Ioannem reseruare. Iuxta verbum Christi vtrunq; euenit: Ille Romæ crucifixus, hic Christum vsq; ad excidium Solymorum in Iudæa prædicauit. Post urbis deuastationem in Asia crucis vexillum statuens, citra martyrium ibi in Christo obdormiuit, eius sepulchrum manna scaturire fertur. Opiniones varias de Ioanne omittimus, tenentes quod (iuxta Apostoli dictum, qui ait, constitutum esse omnibus semel mori, & Psal. *Quis est homo qui non videbit mortem?*) mortem gustauerit. Vide Eusebium libro 3. cap. 1. & 31. qui dicit Ioannem in Epheso episcopalem mitram (quam Petalion vocat) gestasse, atque ibi in Domine obdormiuisse, hoc est, iuxta Christianorum dialecton, è vita migrasse. Ceterum ex hac vita profectum affirmat temporibus Neruæ Cæsaris, qui illum ab exilio Patmos, vbi tyrannide Domitiani exulabat, liberum remisit. Vide eundem lib. 3. cap. 18. 20. Hieronymus dicit eum in Epheso consenuisse, tandem senio grauatum, circa annum Domini 68. humanis excessisse. Et Tertullianus affirmat in feruens coniectum oleum, atq; illæsum exiisse. Colligimus ergo, *Manere*, hic non significare à mortis debito absolui, sed non mori ad exemplum Christi, vti Petro prædixit. Vnde & Ioannes Apost. hoc loco eam opinionem abstulit, ac sensum non orthodoxum correxit: quod nisi præstitisset, error ille vsque ad nos quoque esset propagatus.

Hebr. 9.

Obdormire
quid.

Hæc doctrina instruit omnes Christianos, atque admonet, ne dicamus nos hoc vel illo mortis genere morituros: nec putemus mortem quatumuis ferocem atq; enormem, Deo oscitante,

tante, mortalibus accidere: quasi nihil ipse curet; sed fato hoc relinquat. sicut enim vitæ est auctor, ita & mortis est ordinator. Discamus igitur omnes. 1. Non curare cuius qualitatis sit hominis mors: nec quenquam perturbet quod hic parietis ruina oppressus, ille gladio confossus, alius ignibus absumptus, alius securi percussus intreat. Siquidem scriptura clamat Iustus, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

2 Ex his verbis liquet, discipulorum, omniumq; hominum natura, siquidem ex verbis Christi perperam intellectis, euulgantur rumore falsum. Nam Christus Petro interroganti de Ioanne, responderet: *Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere.* Inde interpretates suo sensu verba Domini, inferunt Ioannem non moriturum, &c. Hæc doctrina instruit omnes Christianos atque admonet, non ita facile cuius licere verba Christi suo sensu interpretari. Nã si Apostoli ac discipuli, quibus nota fecerat omnia, quæ audierat à patre suo, in illo verbo interpretando ita allucinati sunt: quid nobis continget, qui non sumus, aded familiares? Si domestici mentem Domini non intelligunt, ciues quid facient? Discamus igitur omnes, non proprio spiritu verba Christi interpretari: nam sicut Paulus docet nemo cognouit quæ sunt Dei, nisi qui spiritum eius habet. Docet idem Corinthios negotia ac verba spiritualia spiritualibus hominibus tractanda, intelligenda, atque determinanda proponere. 1. Cor. 2. Hinc etiam discamus, hereticos verba Domini intelligere nec debere, nec posse: quia non spirituales sed carnales sunt & animales: nec possunt intelligere mysteria Ecclesiæ, quia non habent Spiritum Dei, sed Satanæ, cuius sunt filij ac serui, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei.

Instituta
Christiana
de morte.

Sap. 4.

Christi ver-
ba non sunt
pro cuiusq;
sensu inter-
pretanda.
Hereticis
cur non da-
tur verba
Christi tra-
ctare.

1. Cor. 2.

EPILOGVS.

1 Exemplum respicientium alienam vocationem & aliena opera fugitandum, cum intrepidè oporteat sequi vocantem Christum. Melior est enim obedientia, quam victima.

2 De voluntate nostra frangenda in Dei voluntatem. Sæpe enim non voce de celo, non per prophetam, nec per reuelationem vel somnium vel excessum mentis, sed rebus ipsis accidentibus, aut ad aliud quam statueramus vocantibus, cogimur agnoscere Dei voluntatem aliam quam erat nostra, Aug. Epist. 65. ad Paulinum & Therasiam.

3 Auctoritas Ioannis Euangelistæ, & testis dignitas, qui recubuit super pectus Iesu, qui scripsit hæc, cuius testimonium verum est, qui totus huc spectat, ut credamus in nomine vnigeniti filij Dei, & ut credentes vitam habeamus per nomen eius.

I N

Apo. 14.

ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomē eius, & nomē Patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo tanquam vocē aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruū magni: & vocem quā audiui sicut citharædorū citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinguinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocūque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitia Deo & Agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Ecclesia duplex.
visibilis,

IN lectione hac, in qua de Ecclesia Christi peculiariter agitur, sciendū est eam esse duplicem: visibilem nimirum & inuisibilem, mixtam & puram. Visibilis seu mixta, est collectio omnium illorum, qui profitentur Christi nomē ac Euāgelium & Sacramentis participant. In hac promiscuē sunt boni & mali, quemadmodum Dominus parabola de iacto in mari verriculo etiam docet Matth. 13. Vidimus enim multos in Christi nomen baptizatos, qui quidem Euangelicam doctrinam profitentur, & ad sacramentorum sumptionem accedunt, attamen vita diuersum de se testatur, vitam ad nihil minus quā Euāgelium habent compositam. Hos tamen quandiu vnitatem seruant & à crassis criminibus temperant sibi, iuxta ferre oportet vsque in illum diem quo Christus Angelos suos emittet ad auferenda omnia regni sui scandala. Videmus item cōtra nonnullos (ac horum mira est paucitas) qui vt Christi nomen gerunt, sic huic etiam adherent vera fide: vt doctrinam Euangelicam profitentur, ita iuxta hanc etiam vitam cōponunt: vt sacramentis participant, sic horum quoque effectus in se declarant.

Matth. 12.

Inuisibilis.

Christiani
re & nomine,
qui.Ecclesia
cur inuisibilis
etiam dicitur.

Cæterum inuisibilis seu pura Ecclesia, est ea collectio creditium, de qua iam diximus: nimirum qui fidem Christianam & ore profitentur coram mundo, & corde cōstanti retinent coram Deo. Rom. 10. Christiani sunt & nomine & re ipsa, Euangelicam doctrinam & audire audiunt, & sedulo exercent: sacramēta sumunt, eorumq; fructibus redduntur participes. Huiusmodi autem credentium conuēto seu Ecclesia propterea inuisibilis dicitur, non quod videri non possint qui in ea sunt, sed quod nemo mortalium eos tales esse norit. Nam tametsi quatenus homines sunt, videantur; tamen quatenus veri credentes sunt, non possunt videri, eo quod vera fides lateat intus in corde. Pura verò horum ecclesia ob id dicitur, quod nulla immunditia peccati malitiæ, nulla hypocrisis ibidem deprehendatur. Quicquid enim illi siue loquuntur, siue sentiunt, siue faciunt,

id vera

id vera simplicitate & veritate nititur. De hac sola Ecclesia pre-sens lectio agit: Quæ dicitur mons, quod teste Daniele, totam terram impleuerit, seu per vniuersum orbem terrarum diffusa & conspicua sit. Dicitur item Sion, quod specula sit, in qua videatur Deus.

Ecclesia
varie ap-
pellationes.

Agnus, Dominus noster Iesus Christus est: de quo sic Ioan. Baptistia, inquit, Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Dicitur autem agnus, quod innocēs seu purus sit, quod sit item mansuetus, quod ad hæc lana meritorum suorum nos vestiatur, & cibo carnis suæ enurriat, Ioan. 6. quod deniq; verum sit expiatorium sacrificium, Hebr. 9. De hoc agno vide Isa. 53. Hier. 11. Dicitur verò agnus Christus stare super Ecclesiam, Matth. 16. veluti supra editum montem Sion, quod caput eius sit, quodq; eam defendat contra omnes portas inferi. Coloss. 2.

Agnus di-
citur Chri-
stus.

Cæterum per centum & 44000. qui stabant cum agno, vniuersam electorum multitudinem intelligere debemus: sumpto videlicet numero finito pro infinito. Hi habent nomen patris & Agni scriptum in frontibus suis: hoc est, Spiritu sancto consignati sunt, confitenturque palam & intrepidè Deum, ac Iesum Christum, Deum nimirum esse verè patrem Iesu Christi, & Christum verè esse agnum seu vnicam pro peccatis oblationem. Ore suo palam confitetur Iesum esse seruatorem, & corde credunt ipsum resuscitatū à patre, & resurrexisse à mortuis.

Apparet Ioānes peculiari affectu Christum agnum Dei appellasse, respiciens in typum agni Paschalis. Exod. 12. Hinc etiam Euangelistam respexisse, dubium non est. Illius sanguis serua-uit primogenita populi Israël, seruat nos sanguis Christi filij Dei viui. Illi nomina inscripta signo Thau liminaribus superioribus: hic nostra nomina per sacrosancta stigmata signata sunt in æterna cælestis patris aula, Lucæ 10. Vide quid nobis contulerit agnellus Dei niueus, innocens, purus. Scripti sumus in cælo in libro vitæ, inscripti sumus cordi, manibus & pedibus IESU CHRISTI, vnde & inscripti sumus penetrabilibus sacris pectoris patris cælestis, dilecti sumus in dilecto, quia ipse nos sibi sanctificauit peculiarem populum. Dicit ergo Apostolus, nos nomen patris & nomen agni in frontibus nostris habere. De consignatis huiusmodi plura vides in eodem lib. supra cap. 7. & 9. De signo quo ab alijs discernimur, vide Cyprianum contra Demerrianum, Ambrosium in sermone inuentio-nis crucis sanctæ. Similia ferè vides apud Ezech. cap. 9. De signo Thau, quod apud Hebræos signum per se denotat. Signi huius meminit Tertullianus lib. 3. contra Marcionem. verba eius inter alia sunt hæc: Ipsa enim est litera Græcorum Thau, nostra autem T. species crucis, quam proredebatur futuram in frontibus nostris apud veram & catholicam Ierusalem.

Christus
typus agni
paschalis.

T. Signum.

D d

Vox

Vox aquarum multarum, quid.

Vox citharæ, quid.

Vox aquarum multarum vniuersos Ecclesiæ filios significat, qui laudat quod per Christum sint facti primogeniti creaturæ eius, quod in Christo sint facti regale genus & sacerdotiū sanctum, quod per Christum illis aditus regni cælorum sit patefactus. Vox citharæ animam significat humanam. Cithara edit, sonum, tactu chordarum intus conceptum. Animæ autem infunduntur corporibus, haud secus atq; sonitus citharæ. Laudant piæ animæ Deum per Christum suum redemptorem, gratiasq; agunt pro sacramento redemptionis. Alia est vox & cantus musicorum Babylonicorum & Sardanapalitarum, de quibus dicitur Apoc. 18 & Isa. 5.

Hi cantant ad sedem Dei canticum nouum, hoc est, puram tranquillamq; conscientiam per fidem habent, Deumq; iugiter laudibus, gratiarum actionibus prosequuntur. In Ecclesia quoque hac verè cantatur canticum illud nouum Euangelij. Euangelium promulgatur ore, corde, vita. De hoc concentu habetur Apoc. 5. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem & diuitias, & sapiētiam & fortitudinem, & honorem & gloriam & benedictionem. Et hoc cap. 7. Benedictio & claritas, & sapientia, &c. Et hoc cap. 15. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomē tuum? &c. & cap. 11. Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es & qui cras, & qui venturus es, &c. Item cap. 19. Alleluia, &c. Hæc omnia fidelium carmina: fidelium, inquam, tam ex Israëlitarum quam ethnicorum ad Christum conuersorum numero, omnium, inquam, qui tam explicitè quàm implicitè Christum vnquam à condito mundo rimuerunt & crediderunt.

1. Pet. 1.

Hi empti sunt de terra, hoc est, cum in peccatis concepti natiq; essent, ab eisdem sunt liberati, atque à perditione erepti & iustificati sunt, idq; non corruptibilibus auro & argento, sed preciosissimo sanguine immaculati agni Iesu Christi.

Castitati studere.

Hi cum mulieribus non sunt coinquinati, sed virgines sunt, hoc est, non sequuntur carnis desideria & opera, sed summa cura ab his abstinent, non addicunt sese mundanis voluptatibus, non habent ventrem ac Mammon pro Deo, non satanæ militant: sed contra castitati student, corpus suum castigant, sobrietatem colunt, liberalitatē erga pauperes & afflictos exercent, cælestes thesauros corradunt.

Hi notis verielecti Dei deprehenduntur.

Hi sequuntur agnum quocunque ierit, hoc est, conformes sese reddunt imagini filij Dei, sanctamq; ac piam agunt vitam. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno. hoc est, redemit eos Christus ab omni iniquitate, purificauitq; sibi populum peculiarem.

Horum in ore nullum inuentum est mendacium, seu nullus dolus: hoc est, veraces sunt & simplices, nec vel in minimo proxi-

proximum suū decipiūt: imo ne cogitant quidem vlli malum.

Hi denique sine macula sunt ante thronum Dei, hoc est, ut puritati per omnia student, sic & Deus pro sua misericordia illos pro puris reputat, etsi alioqui nemo in conspectu eius iustificari possit, si ille iure suo velit agere.

Vide, ex his notis deprehenduntur veri electi, vna Ecclesiæ membra, ex constanti, inquam, veræ fidei confessione, ex puritate conscientie, ex carnis mortificatione, ex sancta & pia vita, ex veritate & simplicitate erga proximum. Talium credētium congregatio vera est & inuincibilis Ecclesia, sponsa Christi sancta & immaculata, vxor agni non habens vllam maculam aut rugam, Ephes. 5. columna & firmamentum veritatis. 1. Tim. 3. habitaculum Dei, templū Spiritus sancti. Eisdem ergo & nos insigniti notis simus oportet, si de capite Christo & de Ecclesia gloriari verè velimus, si huius cælestis ciuitatis incolæ esse velimus: alioqui non proderit nos vocari Christianos, profiteri Euangelium, accedere ad sacramenta, imo actum erit de salute nostra, idem nobis obringeret, quod fatuis virginibus. Quare si cordi nobis est salus, huc omnibus modis enitatur, quod huius Ecclesiæ simus filij, huius corporis vna membra, ut nimirum castam virginem nos exhibeamus Christo, huic vota quæ uouimus in baptisate, fideliter persoluamus, ut per veram vitæ innocentiam conformemur imagini eius, ut sine dolo immaculati inueniamur vsque in finem. Amen.

Præsens hæc lectio nō eo nomine in hisce Innocentijs nobis præfigitur, quasi de illis agatur in ea proprie: sed ob id quod commemorantur hic quædā quæ non ineptè in illos competant. Dicit enim Ioannes fuisse cum agno super monte Sion turbam admodum numerosam, sic nimirum & illorum maxima citra omne dubium multitudo fuit propter Agnum Christum occisorū: dicit item Ioannes, eos qui fuerunt cum Agno primitiæ Deo & Agno fuisse, virgines fuisse, neque dolum habuisse in ore suo: ita videlicet & innocentes verè primitiæ seu primi martyres Christi fuerūt, fuerūt & virgines, ac sine dolo, quippe infantes. Ad quorum exemplum oportet omnes, qui in regnum cælorū aditum sibi patere cupiunt, puerafcere rursus, Matth. 18. Luc. 9. Hoc est quod ait Apost. 1. Cor. 4. quātum ad malitiam nos pueros esse oportere, perfectos verò esse quantum ad sensum. Vocabulum innocentie, satis qui pueri euangelici sint, explicat. Ad perfectionem ætatis virilis euangelicam, sine pueritia ea nunquam pertingemus. Qui se humiliat exaltabitur. Ob hanc similitudinem seu viciniam legitur nunc dicta lectio, alioqui generalis descriptio est totius cœtus credentium, seu totius Ecclesiæ spiritualis, vel omnium verè sanctorum & viuorum Christi membrorum.

Psal. 142.

Ecclesia vera & inuisibilis. Quis nominis Christiani veri insigniri debeant.

- 1 *Christus agnus est, qui tollit peccata mundi, Ecclesiam suam, hoc est, numerum populi Dei contra belliam protegens.*
- 2 *Ecclesia Agnostanti psallit canticum nouum, hoc est, laude & imitatione confessione fidei, & recta vita Deum concelebrat.*
- 3 *Innocentia verorum Christianorum, virgines sunt casti & pudici, sine macula, & immaculati in vita, Psal. 118.*

IN FERIIS EORVNDEM INNO-
CENTVM, EVANGELIYM.

Matth. 2. **I**n illo tempore, Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge & accipe puerum et matrem eius & fuge in Aegyptum & esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis. vt adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam, dicentem. Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illi iustus esset a Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehemi & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, secundum tempus quod exquiserat a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem. Vox in Rama audita est ploratus et ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & ncluit consolari, quia non sunt.

Hoc Evangelium cōplectitur tria. Primò, sollicitudinem plusquam paternam, quã erga suos habet pater æternus, cum ait: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerum et matrem eius, & fuge in Aegyptum. Deus enim agit curam suorum: ita custodit & liberat Moysen ab aquarum submersione, Exod. 2. Abraham de Vr Chaldæorum, Gene. 11. Isaac de sacrificio, Ibid. 22. Iacob ab indignatione Esau, Ibid. 27. Ioseph à puteo, & à vinculis Pharaonis liberat, Ibid. 39. Hos non tantum ad vitam prædestinauerat: verum etiam ad amplissima munera in suo populo administranda ipsos ab æterno præordinauerat. Et ne irritum esset æternum suum propositum, vsque ostenderet se potentem ad saluandum, si velit, vel in maximis periculis: deo patriarchas illos ex tantis discrimenibus eripuit, vt inde discamus duo. 1. Verum esse illum scripturæ locum, non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. 2. Quicquid Deus ab æterno futurum præordinauerit, adeo stabile, immobileq; futurum, vt nulla sit virtus humana, nec diuina, quæ hoc impedire possit.

Decreuerat Deus vt filius suus post 33. annos mortem pateretur in cruce, non gladio. Voluit Herodes hoc impedire, sed nihil minus potuit. Nam Deus misit Angelum, qui Ioseph admoneret vt se in Aegyptum cum matre & infante conferret.

Deus saluat in maximis periculis.

Prover. 21

Docce-

Docemur hac doctrina, quod quemadmodum tunc temporis Lucifer non potuit per ferrum suum Herodẽ e medio tollere virginem sacratissimam, nec benedictum eius semen Iesum, caput & fundamentum Ecclesiæ catholicæ: ita nec modo poterit, quantumuis insaniet ac furiet per seruos suos Lutherum, Brentium, Caluini, tollere Ecclesiam Romanam matrẽ Catholicorum, veram sponsam Christi: nec eius pontificem, qui verum est caput & fundamentum Ecclesiæ: quia verum est, & immobile stabit illud Christi decretum: Petre, ego pro te orauimus, &c. Luc. 22. Et illud: Ego enim vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Deus item interdum sinit suos varia & graua pericula experiri, & se videre dissimulat: attamen malo ingrauescente ac inualecente adest & liberat. Sic liberauit Noẽ a diluuiio, Gen. 7. & 8. Lot ab excidio Sodomorum, ibid. 19. Filios Israëli ex Aegypto. Exod. 14. & 15. Dauid a Saule & Goliath. 1. Reg. 17. & 19. Eliam a Iezabele. 3. Reg. 19. Magos ab Herode, Mat. 2. Sufannam a senibus, Dan. 13. Danielem a leonibus, eiusdem 14. Tres pueros de fornace ignis ardētis, eiusdem 3. In nouo quoque Testamento liberauit Petrum e carcere Herodis, Act. 12. Paulum ab insidijs Iudæorum, de profundo pelagi, de Damasco, Ibidem 23. 24. 28. & 29. Ioannem Euangelistam ab exilio, Athanasium ab Arrio hæretico, Discipulos a tempestate maris, Mat. 4. & 14. Nam nouit Dominus qui sint sui: 2. Tim. 2. Custodit Dominus animas seruorum suorum, Psal. 96. Pater sollicitus est pro filio suo dilecto, Ioan. 8. Pater reducem facit filium suum ex Aegypto in Iudæam & Galilæam in ciuitatem Nazareth, vt veros faciat prophetas, Osee, qui cap. 11. dicit, Ex Aegypto vocaui filium meum, & alios, quos Mat. 2. ait dixisse de Christo, Quoniam Nazareus vocabitur.

Quid nos faciemus, vt nos Deus velit custodire? Dauid hoc consulit, vt qui Psal. 144. ait: Custodit Dominus omnes diligentes se, non credentes tantum, sed diligentes se: & omnes peccatores disperdet, etsi maxime credant. Qui ergo vult a Deo custodiri, diligat Deum: nam de diligentibus Deum, inquit Dauid, Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur.

Docceat hic concionator populum, Deum supra omnia diligere, ipsius que mandata seruare: & Dominus ipsum custodiet. Et si Herodes ferociat, inuidusq; in nos sequat, nobis dormientibus, Deus nos custodiet. Hodiernum euangelium hoc restatur. Custodiuit Deus olim Israeliticum populum, quasi pupillam oculi sui, Deut. 32. Zach. 2. & non custodiet modo Christianos, quos sanguine suo redemit: Roman. 8. Si Deus pro nobis quis contra nos? 1. Petr. 3. Et quis est qui vobis noceat, si boni

Herodes et Hæretici serui sunt satanae.
Decretum Christi immobile.
Matth. vlt.

Deus in periculo ingrauescente suis adest.

Psal. 33.

Concionatorum munus.

Talis nunc
erga nos
reus est,
i nalis olim
in beatos.

emulatores fueritis? Nam certè qualis fuit erga filium suum
unicè dilectum Iesum, qualis erga Mariam matrem, erga Ioseph,
erga Magos fuit, talis & erga omnes electos tū fuit semper,
tum hodie est, tum est futurus. Per filium enim suum ipsos
quoque in filios sibi adopravit: non ergo minus pro ipsis ha-
bebit curam, quàm pro illo. Ne autem hic quis dubitare possit,
audiamus ipsum filium: Nolite (inquiens) timere eos qui occi-
dunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed po-
tius timeat eum, qui potest & animam & corpus in gehennam
præcipitare. Nōne duo passeruli affe veniunt, & vnus ex il-
lis nō cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem & ca-
pilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis
passibus præstatis vos, Matth. 10. Confirmabitur hīc igitur
meritò fides nostra, ac certificabimur, si quidem in Dei timore
agamus, & in ipsum omnem nostram collocemus fiduciam,
quod & ipse pro nobis sollicitus tum sit, tum esse velit, quodq;
proinde nihil possit nobis vnquam obesse. Dicamus ergo cum
Dauid: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem time-
bo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Qui tribu-
lant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consti-
tant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat
aduersus me prælium, in hoc ego sperabo.

Psalm. 16.
Christi fu-
ga in Ae-
gyptum.

2. Complectitur fugam Christi in Ægyptum, cum ait: *Con-
surgens Ioseph accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Æ-
gyptum, &c.* Christus enim ab ipsis teneris annis incepit ferre
cruce, quo significaret regnum suum non esse de hoc mun-
do, Ioan. 18. in quo veluti Nabuchodonosor aliquis Babylo-
nius, aut Persa Cyrus, aut Macedo Alexander, Cæsarve Roma-
norum Augustus, hostes suos protereret, & victor armis totū
orbem occuparet, sed adūbraret regnū suum in hoc mundo fu-
turum laboriosum, durū & calamitosum. Incepit ferre persecu-
tionem: quo significaret in vita Evangelica esse crucem & affli-
ctiones. Matt. 16. Si quis vult venire post me, &c. Nam mūdus
electos Dei odio lethali persequitur, huc omnes suos conatus,
omn. ā: studia intēdit, quo eos è medio tollat, occidat, extin-
guat. Quid causæ autem huc moueat illū, ex Herode facillimè
disci potest. Is enim ob id tanto odio flagrabat in recens puerū
Iesum, quod timeret se ab hoc expellendum tandem. Audierat
namq; ipsum esse natū regem Iudeorum. Sic, inquam, & mun-
dus ob eam solū causam tā immaniter in electos debaccha-
tur, quod arbitretur per hos suę quippiā decessurū authoritati,
dignitati, ac potentie: quodque hinc eos habeat suspectos,
reputat seditiosos, perturbatores, seductores, maleficos, &c.
Incepit etiam Christus à teneris annis ferre exilium, quo signi-
ficaret, oportere nos prius cum Christo pati, quàm glorificari.

Potuis-

Potuisset Deus Herodem vel vnico verbo coercuisse, atque
in abyssum inferni cum toto regno deturbasse: sed noluit. Nō
enim omnia quę potest Deus, eadem & facit. Oportebat enim
& Christum pati pro mundi salute, & Herodis iniquitatē re-
uelari. Quod ergo Deus non facit semper quod potest, non
per impotentiam quandam aut malignitatem intermittit, sed
quod sic egisse neque cōducat expediatve nobis, neque ipsum
sic deceat agere. Profugit autem in Ægyptum, propter duas
causas. 1. Vt scriptura impleretur, Osee. 11. Ex Ægypto voca-
ui filium meum. 2. Vt re ipsa ostēdat se Iudæos propter ipso-
rum incredulitatem & ingratitude[m] deserturum, & gentes
accepturum. Hinc Iudæi regem cælestē Christum amittebāt,
qui venit eos seruare: terrenum verò Herodem tyrannum re-
tinebant, qui ne liberis quidem suis pepercit, sed miserabiliter
trucidauit, vt Augustus testatur, qui dicebat se malle esse por-
cum Herodis, quam filium.

Videtur hæc fuga respicere ad dictum Isa. 19. Ingredietur
dominus Ægyptum, & commouebuntur simulachra Ægypti
à facie eius. Recordatus nanque Dominus plagarum, quia nō
in finem irascitur, ingreditur Ægyptum. non vt plagis eā ve-
xaret amplius, sed vt daret illi magnæ reconciliationis signū,
& perpetuæ amicitie pignus, vt populus ille qui ante fuerat
persecutor populi primogeniti Israel, fieret custos filii vnige-
niti: ac qui illi populo dominati sunt violenter, filio cū deu-
tione seruirent reuerenter: ac sic iam non irent ad mare rubrū
demergēdi, sed vocarentur ad aquam baptismatis viuifican-
di. Quia ergo à suis non est receptus (Ioan. 1.) sed persecutus,
transiit ad gentes. O infelix Iudæa: fugit à te lumen tuū, & ad
gentes pergit Ægyptias, vt qui in tenebris sedebant lumē Dei
patris acciperent. Isa. 9. Quia peregre in cunis iacere debuit,
nec ei locus erat in diuerfiorio, locum refugij quæsiuit in
Ægypto.

Hæc fuga parentibus Christi nō leuis & exigua crux erat.
Vix enim è Beth-lehē aut Ierosolymis domum venerant, suā-
que rem domesticam in Nazareth disposuerant, quin mox
adesset Angelus Domini, & iuberet rursus peregrinari in Æ-
gyptum. Nullaque mora facta, mandato diuino obsequentes,
itineri se accingunt, nihil prorsus timentes, nec dubitantes de
vario successu. Nihil hic recusarūt parentes Domini: nō accu-
sarunt iniquam sortem suam: nō causati sunt imperatos se esse
tantæ profectio[n]i: non obiecerunt: Si is est filius ille Dei, & se
vindictæ de hoste prophano, & tueatur etiam nos. Nihil, in-
quam, huius vel in mentem admiserūt, sed vbi que Deo credi-
derunt & obedierunt, atque eius se curæ cōmiserunt. imo illa
ipsa nocte statim exurrexerunt, & monitis Dei absque vlla

D d 4

parue-

Non om-
nia que po-
test deus,
eadem sta-
tim facit.

Fuga Chri-
sti in Ægy-
ptum due
causæ.
Macrob.
lib. 2. Sa-
tur.

Deus non
irascitur in
finem.

Fuga in Æ-
gyptum pa-
rentibus
Christi ad-
modum
subamara
cruis fuit.

Spiritus Domini v. bi adest, ibi libera & prompta ebediētia et ad omnia voluntas. Nihil sit oportet, nec in terris, nec in celo quod nos à dei ebediētia remoretur.

Herodes tyrannus scruissimus et sanguinarius.

Herodes lupus similis.

Tyranni quos terrēt in se plus metuunt.

paruerunt mora. Quia spiritus Domini, ibi libera & prompta obedientia, & ad omnia voluntas. Nam qui verbo Dei credunt, verbo Dei non obedire non possunt. Hæc planè fuit Abrahamica fides absoluta, verè iustificans.

Docentur ex hac historia Christiani, patriam, natale solum, parentes, facultates, amicos, quietem, omnia penitus debere relinquere, vt Deo obedientes nos præstemus. Nil prorsus sit oportet, nec in terris, nec in celo, quod ab ipsius obedientia remorari non possit. Maria sanctissima non patriam dulcem, non suos amicos, non affines, nec vllos cognatos moratur, dummodo Deo patri obsequatur. O scelices qui illam imitantur. Ita Abraham, ita Iacob, ita Moses, ita Aaron Deo iubenti, omnibus neglectis, superatisque periculis, animo infracto obsequuntur. Hos igitur, & Ioseph, virginemque Mariam imitemur.

3 Complectitur hoc Euangelium Herodis regis tyrannidē, cum ait: *tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem.* Fuit Herodes ille sanguinarius & tyrannus scruissimus. Nā Hyrcanum, & eius filiam, omneque regium semen perdidit. Iosephus antiquitatum Iudaicarum lib. 11. cap. 7. Genealogias cremandas dedit, sororem Salome, vnà cum marito Iudæo, & proprium filium interfici curauit: multum innocentis sanguinis effudit: imò hoc impio consilio occidit ille omnes bimulos, aut hac ætate minores, quorquot erant in ipsa Bethlehem, & in eius oppidi finibus, vt in tanto numero & ipsam puerum Iesum (quem vnice cupiebat extinctum) simul occideret, quò videlicet sic tuto suum obtineret regnum. In hoc rectè lupum imitatus, qui famis impatiens, & ouem diligēter quærens, si ouile interrumpere valeat, non solum vnā, sed omnes ouiculas iugulat, vt sic pinguiore atque delicatiore nacta, famem extinguat.

Vnde hic Herodes tantum odium sibi conciliauit, vt nec ad horam tutus esset, semper metuens aliquando proditurum; qui ipsam tanquam alienum & vi obtrusum regem atque tyrannum à solio in malam rem esset præcipitaturus.

In tali dum versatur metu, nec sibi bene consultum existimat, quin aliquid mali sibi ominatur: nascitur Christus, Luc. 2. Angeli canunt, Pastores adoratum veniunt, Magi ab oriente cū muneribus accedunt, quærentes vbi sit natus rex Iudæorū, Matth. 2. Hinc Herodes turbatur, conuocat Pontifices & Scribas populi, perquirat curiosè tempus stelle à Magis, mittitque eos in Bethlehem inquisitum de puero: vt ipsi nuntient. At illi profecti repererunt puerum cum Maria matre eius, prostrati adorauerunt, & obtulerunt puero aurum, thus, & mirram,

Matth.

Matth. 2. Admoniti in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Quare sentiens se illusum, iratus occidit omnes pueros, &c. nō ab similibus Pharaoni. Idem enim in vtroque diabolus scruuens, per Pharaonem electæ gentis stirpem excindere voluit, ne ex illa humani generis redemptor secundum promissionem Abraham facta aliquando nasceretur. Per Herodem verò, iam natum persequabatur. Præcepit Pharaon obstetricibus Aegypti, dicens, *Quado obstetricabitis Hebræas, & tempus partus aduenerit, si masculus fuerit, interficite illum, si scemina, reseruate.* Exo. 1. Itemque omni populo præcepit, dicens, *Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite.* Vtrobique pro vnus suspecta persona trucidatur multitudo numerosa paruulorum, vtrebique qui quærebatur, euadit. Mosen quippe filia Pharaonis, Christum Aegyptus seruaui.

Porrò ne quis addubitet hoc dispensatione diuini consilij sic euenisse, prophetæ Hieremiæ vaticiniū adducit, hoc præsa-gio mētis afflatæ iam factum cernentis, quod multis post seculis esset futurum. *Vox, inquit, in Rama est audita, vox vehemēter plorabunda, lugubris ac lamentabilis.* Nimirum Rachel ea erat deplorans filios suos: nec admisit consolationem, propterea quod essent omnes è medio sublati, Rachel quæ enixa Benjamin, hoc est, doloris filium, mox à partu periit: sepulchra est non procul à Bethlehem, vnde propheta sub huius persona, matrum luctum, suos filios ab Herode trucidatos deplorantium, expressit.

Rogas quare Deus pueros occidi permiserit? Responder Theophylact. Vt in illis Herodes suā ostēdat malitiam, iterū ait: *Nunquid vt ostendatur illius malitia, ideò debuit pueris fieri iniuria? Audi igitur.* Quantum ad Herodē attinet, iniuria est, & puericidium horrendum, sed quantum ad pueros non est vicientum homicidiū, sed benignum martyriū puerulis à Deo ad aureolam & gloriam concessum. Nam multò contulit ipsis meliora, quàm ipsis abstulerint impij furoris satellites, ereptos enim ex hoc seculo prauo & ærumnoso, ineffabili & æterna donauit gloria. Florem igitur hūc puer Iesus suauissimum præcocemque fructū decersit, sciens in quos tribulos & sentes abituri erant, si superuixissent. Rapti ergo sunt, ne malitia mutaret intellectū eorū, aut ne fictio deciperet animas illorū, Sap. 4. Coronam in fantes electi & Deo dilecti, non quidem faciēdo, sed certè patiēdo meruerunt. Nec illis credēda est defuisse ratio, vbi tanta Dei fuit gratia. Sunt itaque & martyres & confessores, Innocētes infantes, sunt & doctores, quippe qui sanguine scripserunt proprio, non atramento alieno. Scripserunt per passionem iter esse ad consolati-

D d 5

tionem

Herodes nō ab similibus Pharaoni.

Ierem. 31. Rachel, plorans tybus matru proles suas deplangentiu.

Deus cur pueros innocentes occidi permiserit.

Innocentes sunt et martyres, et confessores, et doctores.

tionē vitę æternę, quod sic quoque legimus, Ioan. 15. 16. Item in Epistolis ad Rom. & ad Timoth.

Discam⁹ ex hoc Euāgelio, quantā duritię & sequitiā mortaliū cordib⁹ dominādi cupiditas adferat: siquidē Herodes vel ipsū Christū, Deū viuū omnipotentē tā crudeliter insectari presūpserit. Si cogit cupiditas man⁹ inferredomino, creatori ac redēptori: quid faciet inferiorib⁹? Caucāt igitur mortales à malo tā truculēto atq; atroci. Hęc cupiditas turbat regna, ciues cōfundit, fratres cōmouet, pauperes opprimit, pares decipit, maiores perdit, proximos dilaniat, atq; omnes affect⁹ vehemēter accēdit. Hęc dominādi cupiditas tot imperatores Romanos, tot reges proditoriē sustulit è medio. Hęc charitatem eneruat atq; extinguit, fidē mortificat, spē euertit, ac reliquas virtutes animab⁹ eripit, hęc Absalonē cōtra parētē suū Dauidē armauit, 2. Reg. 15. & 17. Hęc cōmouit Amā, vt pararet Mardocheo patibulū, omnibusq; Iudęis moliretur exitiū, Esther 5. Hęc Christo intulit mortē, Ioan. 11. & 19. Hęc cupiditatē curat ac frēnat charitas. Hanc amemus, vt ipse qui charitas est, nos à tam pestifera dominādi libidine impoliutos cōseruet: vtq; sic nos, in quibus per fidē viuā Christus natus est, qui stellā eius vidimus, qui Euāgelij dulcedinē gustauimus, & Christū nouimus, relictis viis peccatorū aliud iter ingrediamur, quod perducatur nos in verā illam patriam cælestem, in vitam æternam. Amen.

Cupiditas
dominandi
multū ma-
li damni-
que adfert
mortalibus

EPILOGVS.

1 Sollicitudo Dei pro suis, iuxta illud, De v̄tre matris meę recordatus est nominis mei, Isa. 49. Apparet angelus, iubet vt fugiant in Ægyptum, reuocat ex Ægypto in terram Israël.

2 Ab ipsis vitę inijs exemplo Christi ad tentationes & insidias prepareremur oportet. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & prepara animam tuam, &c. Eccle. 2.

3 Impietatis exemplum in Herode quod durat in consummationem seculi vsque, Ecclesię persecutionem sustinente.

IN FERIIS CONVERSIONIS

PAVLI, EPISTOLA.

In diebus illis, Saulus adhuc spirās minarū et cædis in discipulos Domini, accessit ad principē sacerdotū, et petijt ab eo epistolas in Damascū ad synagogas, vt si quos inuenisset huius vię viros ac mulieres, victos perduceret in Ierusalē. Et cū iter faceret, cōtigit vt appropinquaret Damasco. Et subito circūfalsit eum lux de celo, & cadens in terrā audiuit vocē, dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es Domine? Et ille Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Durū est tibi cōtra stimulum calcitrare. Et tremēs ac stupens dixit: Domine quid vis me facere? Et Dominus ait ad eū: Surge, & ingredere ciuitatē, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi: qui comitabantur cum eo, stabant sibi cæcitate,

Act. 9.

supercæcitate, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autē saulus de terra, aperitq; oculos nihil videbat. Ad manus autē illum trahentes, introduxerunt Damascū: Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neq; bibit. Erat autē quidā discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illū in visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego Domine. Et Dominus ad eum surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus et quere in domo Iudę Saulū nomine Tarsensem: Ecce enim orat. Et vidit virū Ananiā nomine introeuntē, et imponentē sibi manus, vt visum recipiat Respondit autem Ananias Domine audiui à multis de viro hęc quanta mala sanctis tuis fecerit in Ierusalē. Et hic habet potestatem à principibus, sacerdotū alligādi omnes qui inuocāt nomē tuū. Dixit autem ad eum Dominus. Vade quoniā vās electionis mihi est iste, vt portes nomē meū corā gētibus, et regibus, et filijs Israel. Ego enim ostendā illi, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, et introiuit in domū & imponēs ei manū, dixit: Saule frater, Dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, et implearis Spiritu S. Et confestim ceciderūt ab oculis eius tāquā squamę, et visum recepit. Et surgēs baptizatus est. Et cum accepisset cibū, cōfortatus est. Fuit autē cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot. Et cōtinuō ingressus in synagogas, predicauit Iesum, quoniā hic est filius Dei. Stupebāt autē omnes qui audiebāt eum, et dicebāt: Nōne hic est qui expugnabat in Ierusalē eos qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit vt victos illos duceret ad principes Sacerdotum. Saulus autem multo magis cōualescebat, et cōfundebat Iudęos qui habitabāt Damasci, affirmans quoniā hic est Christus.

In hac historia duo obseruanda. Primò, Status & conditio eius ante conuersionem, id est, qualis prius fuerit, summus scilicet hostis Ecclesię Christi: id quod omnes probant circumstantiæ, quæ & omnes facti indignitatem arguunt, vt i. ætas, quia iuuenis id tentauit, quem vel pudor vel facilitas iuuenilis cohibere debuisset.

2. Conditio, quia priuatus id suscepit, qui omnino nullo magistratu fungeretur. 3. Disciplina, quia discipulus cūctantissimi viri Gamalielis fuit, qui diuersum absq; dubio, si non semper, at exemplo tandem eius, Act. 5. doctus fuerat. 4. Libertas, quia non iussus, nec coactus, sed spontaneo impetu excitatus fecit. 5. Locus quia non domi mansit, vbi multis tamen sese opponere potuisset. 6. Modus, id est, institutę persecutionis genera: quia nō disputatione rem aggreditur, id quod maximè tamen sanctū, doctū & facundū, ac præsertim ijs annis decuisset. Media, quia nō de mandanda Damascenis vi, sed per seipsum exercenda cogitat. & Obiecta, quia non in præcipuos, sed promiscuè in omnes, quotquot viderentur eius sectę, grassaturus, neq; in viros tantū, sed & feminas scuiturus fuerat.

Porro hic iam causę & adiumenta tam funesti odij obseruanda.

Paulus
qualis fue-
rit ante cō-
uersionem.

Pauline
persecutio-
nis tres
causę.

uanda: Causæ tres fuerunt, duæ propinquæ. Interna, infensio pro diuina lege & auita disciplina zelus; sicut ipse sepe numero faterur, vt Philip. 3. Gal. 1. Similem verò Iudæis suis tribuit, Rom. 10. Vnde patet quàm exitialis sit cum operum, tum traditionum humanarum arrogans & obstinata admiratio, & externa: fusus sanguis Stephani, nam & ipse iuuerat. Nequit autem fieri, quin qui semel biberit, plus subinde sitiatur, fascino enim, vt quo plures necant, hoc se plus cum Deo triumphare putent. Tertia verò altior, vt permissio Dei, qui hoc ipso pacto voluit hæc conficere, vt Paulus quoad Deum esset documento insignis eius cum misericordie, quod tam noxium suscepisset: tum potentie, quod tam durum conuertisset. Quod ad Euangelium, esset documento summæ veritatis, vt quæ ipsum quoque Paulum tandem attraxisset. Quo ad Apostolatū, impetum impetu, zelum zelo compensaret: nam quo grauius prius persecutus fuit Euangelium, hoc ardentius id postea professus & tutatus fuit. Tandem vt Paulus quo ad auditores tanto melius & Iudæos intractabiles ferret, & Gentes inscias erudiret. Maximè verò vt de iustificacione tanto plenius atque confidentius diceret, idque suo exemplo, quod tam saxum perditumque tamen Deus tam clementer recepisset, 1. Tim. 1.

Adiumenta ipse sibi hæc delegit, nempe literas summi sacerdotis: ita Pharisaicus zelus semper captat speciẽ partim ordinis, cum se ordinarię potestati, sed corrupte sociat; partim fanaticitatis, cum se scriptis & decretis, sed humanis tantum munit. At vicissim perditorū sacerdotū ordo, nullis æquè gaudet nisi sanguinarijs, & eorū calamus nihil æquè scribit nisi sanguinẽ. 2. Secundo, in hac historia obseruanda est ipsa conuersio, in qua conuersione item obseruandum. 1. Vbi sit conuersus, in ipso itinere, sed cum iam Damascū prope attigisset. Hinc perspicimus 1. Dei sapientiam, quod articulos temporum quàm notissimos habet, ac tamen & impios ad manifestandam eorum impietatem aliquousque progredi sinat, vt iam imperare sibi videantur; & pios ad manifestandam eorum fidem aliquousque premi sinat, vt iam expiare sibi videantur; tamen nouit terminos quando sint & cohibendi impij & liberandi pij. 2. Dei potentiam erga Paulum perspicimus, quod iam ipsi vrbi imminentem, atque ideo tantò plus ferocientẽ, de improviso sternit. 3. Perspicimus hinc Dei bonitatem erga Paulum quidem, quod iam iam extremum peccatum retrahit: erga Damascenos verò, quod iam iam extrema perpeffuros seruat.

Deinde hic obseruandum, quomodo sit conuersus. In quo iterum duo perpendenda. 1. Quomodo ad subiectionem sit compulsus, quod factum est per Christum, vt per ipsum Christum vocaretur is qui agnoscendus erat pro Apostolo: nam ad

Aposto-

Apostolicam functionem pertinebat talis ordinatio, quam & ipse sepe vrget, ne inferior aut seiunctus esse videretur, Gal. 1. Factum est hoc duplici isto modo. 1. Fulgure, idque partim vt maiestas presentis Dei probaretur, qui vt lux est, & in luce inaccessa habitat, 1. Tim. 6. sic presentiam suam crebro luce manifestat: partim vt docilitas locuturo Deo pararetur, demõstrata nimirum Paulo & cæcitate & labilitate sua, qua se frustra sapientie ac potentie Dei opponeret. 2. Voce, & hic colloquium obseruandum. Christus ter alloquitur. 1. Iaceti exprobrat persecutionem, atque ibi mira est collatio inter oppugnantem, cum in terra iaceat, & oppugnatum cum è cælo clamet. Par absurditas manet iniquos sanguinarios. 2. Interrogati (pre stupore) quis nam sit, quo plus pugatur, indicat & se Iesum esse, & eius persecutione peti, vbi disce, quanti Euangelium faciendū, cum Christus suam causam esse pronuntiet, à qua nihil vult habere separatum; deinde quàm libenter sit pro Euangelij testimonio laborandum, cum & socium eius crucis Christum habeamus, vindicemque habituri simus. Tandem quàm horrible iudicium eos maneat, qui vel Euangelium persequuntur, vel iniuriam membrum Christi inferunt. Et indicat Paulum suo damno istud facere, vbi nota, hostes Euangelij non tam alios quàm seipsos ledere, præterea istud vulnus esse longè lethalissimum. 3. Denuo interroganti (ex agnitione Domini) quidnam faciendum sit, iniungit vt Damascum eat, id quod sit, vt Ecclesie ministerium commendetur: nam vt ducilem quidem Christus reddidit, sic docendum tamen Ananiam tradidit: vt humilitas & confessio Pauli plus probetur: nam quos vincit iuerat, his iam se offerre dederat; atque deprecari culpam cogitur. Iniungit etiam vt expectet, quod & metus eius tanto diuturnior sit, quem etiam assurgens tremor, triduique cæcitas multum iuuat: quaquam & prioris suæ cæcæ vitæ characterem secum ferre debuit, & obedientia eius tanto exploratior fiat, quàm & pulchrè declarauit tridua abstinentia, & assidua inuocatio.

Porro eadem facit lex in nostri emendatione: nam & nobis duris, ferreis, opus est diuinæ legis fulgure, & voce conpellante & accusante, exaggerante & minitante, cum tremore, & caligante quasi conscientia, ad Euangelium ablegante.

2. Perpendendum quomodo in Ecclesiam coaptatus sit. Cælestem liquidem Pauli conuersionem sequitur ministerialis conuersio: nam per Ananiam docetur, baptizatur, ornatur, manuum impositione donis spiritus, & restituitur oculis. Vnde quædam discimus.

1. De ipso ministerio in genere, vt quanta sit eius dignitas, vt cui Dominus ipse multa transigenda hic relinquat. Idem habes in conuersione Aethiops, Act. 8. & Cornelij, Act. 10. Deinde quo-

Modus conuersionis Pauli, duplex.

Christus ter Paulum allocutus est.

Hostes Euangelij, non tam alios quàm seipsos ledunt.

Cælestem Pauli conuersionem secuta est ministerialis conuersio.

Pauli conuersio vbi contigerit. Sapientia Dei circa Pauli conuersionem. Terminos nouit deo, quando sint et cohibendi impij, et liberandi pij. Potentia Dei erga Paulum. Bonitas Dei cum erga Paulum, tum erga Damascenos.

A minimis doceri nemo dignari debet.

quomodo sit ab alijs acceptandum. Præcunte nimirum sedula inuocatione, vt Dominus corda nostra præpareret, nam & Paulus sedulo id precatus est, & accedente summa humilitate, vt ne à minimis quidem doceri dedignemur, nam & Ananias fuit de vulgari numero.

Metus viros constantis aliquando inuasi.

Et quomodo sit nobis obeundum, puta legitimè, vt vocantem Deum expectes, & si non vbiq; visis agit, vt cum Anania, vt vocati parcas, nec vel pertinacia, vel malitia relucteris: neutrum enim Ananias fecit, & si primò sibi metuit: id quod alijs etiam sanctis sæpe vsu venit: Mosis erga Pharaonem Ionæ erga Niniuen, & vt ores, vt electum fias organum, quemadmodum hic de Paulo Deus pronuntiat. Circumspectè, vt crucem certò securam putes, & tãtam quidem, quantum munus ipsum & facultas fuerit: vt animum tempestiuè ad tolerandũ præpares, vt Deum ores, vt te etiã velut Paulum ferre doceat. Ista enim ex prædictione Dei quam de Paulo Ananiæ fecit, manifestè fluunt atque colliguntur. Auidè, vt omnium institutionem & salutem quæras, neque quenquam aut superiorem, aut humiliorè, siue desperatiorem putes. Id partim Pauli munus, quod amplissimum ei assignatur, partim Ananiæ exemplum, qui durissimum cogitur erudire, docet, vt Dei verbũ in sublimi quasi portes, vt semper luceat, sonet, vincat: & moderatè, vt nisi in summa necessitate ab antea actæ vitæ exprobratione caueas, sic Ananias hic cum Paulo agit.

Paulus præsertim gentium apostolus.

2. Discimus de Pauli ministerio singulariter. 1. Vt vox cælestis, sic & gemina visio ac miraculum Apostolicam functionem arguant. 2. Vt cæterorum, sic cum primis Pauli fuit prædicare gentibus Euangelium. 3. Quoad id confecit, hoc diuino verbo, Volo vt porret meum nomen, vbiq; perstitit. 4. Vt cæteris Apostolis, sic cum primis Paulo tanquam selectissimo organo assentiendum est. Attendant igitur, qui vel ipsi ministerium temerè caprant, aut ad gratiam flectunt, aut ignauiter obeunt, aut furiosè exasperant, vel alijs creditum contumeliosè negligunt: nostrum fuerit agnita cæcitate cupidè aspirare ad opem ministerij. Nam extra id frustranea illustrationis spes: in ipso autem adest vox manusq; operantis, & ad caelestia subleuantis Christi, cui sit honos in perpetuum.

EPILOGVS.

1. Vocatio ad munus Apostolicum, non est virium ne strarum, aut liberi arbitrij, sed solius Dei misericordiae. Hinc scriptura S. Pauli vocati-nem (vt alijs magnorum virorum vocationes, Mosis Samuelis, Isata, Hieremias) tam diligenter describit, vt & Domini misericordiam intelligamus, & fortitudinem, lupum vertentis in ovem: sic percipientis vt Janet, sic deijctis vt erigat, sic exoculantis vt illuminet.

2. Magna consolatio, quomã persecutiones quas credentes sustinent, Christus

suas facit viuentem Christus in eis, & quemadmodum Christi omnia nostra sunt, ita vicissim nostra illius sunt. Quare dicit: Cur me persequeris? non meos. Et terret numinis potentia.

3. *Exempla verè obediendum in Anania, qui dicit, Domine ecce ego: & in Paulo qui ait, Domine qui me vis facere? Item constantem prædicationem habes, Christum esse filium Dei.*

IN FERIIS IISDEM,
EVANGELIUM.

In illo tẽpore, dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia *Matth. 19.* & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autè dixit illis: Amen dico vobis quòd vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domũ vel fratres, aut sorores, aut patrẽ aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit. Multi autem primi erunt nouissimi: & nouissimi primi.

Hoc Euãgelium complectitur tria. Primò duas conditiones quibus Christiani ad Ecclesiam accessuri sunt. Prior: debent relinquere temporalia, scilicet parentes, filios, vxorem, sorores, fratres, amicos, domos, & agros, idque propter nomẽ Christi. Hoc autè ideo dicit, quia quamplurimi Philosophorum, velut Socrates, Diogenes, & alij diuitias contempserunt, idè fecit Diocletianus, qui omnibus suis regnis abdicauit: non propter Christum, sed illi quidem propter suas opinionones, hic verò propter suam quietem: neutri secuti sunt Christũ. Christiano futuro non est satis sua bona derelinquere, ac diuitias contemnere: nisi id faciat propter Christum, & postea ipsam Christum sequatur. De his qui alia ratione bonum operantur ait Christus: Omnia opera sua faciunt vt videãtur ab hominibus: ideo receperunt mercedem suam. *Matth. 6. & 23.* Doceat concionator populum, bona quæ quis facit, propter Christum esse facienda, regulamque Pauli sedulo esse obseruãtam: Siue comeditis, siue bibitis, vel aliud quid agitis: omnia in gloriam Dei facite. *1. Cor. 10.*

Posterior: debent Christũ sequi in obedientia suæ vocationis. Nam bona relinquere non sufficit, nisi Christũ sequamur. Philosophi complures sua bona reliquerunt, quidam suas diuitias in mare proiecerunt, è quibus vnus aiebat: Submergam te, ne demergar à te, sed quia Christum non sunt secuti, nihil ipsis profuit.

Est autè omnia relinquere, nihil aliud, quàm animo & affectu, ira omnia propter Christũ abnegare: vt si ipse ad se suamque Ecclesiam quempiam vocet, nihil sit in mundo, quod ab ipso sequendo illum remorari possit: nec pater, nec mater, nec

Christiano futuro non satis est sua derelinquere ac diuitias contemnere, nisi id faciat: amare Christi ipsumque sequatur.

Quid sit, omnia pro derelicto habere.

vxor, nec aliud ipsi charius esse possit aut pretiosius. Sic Abraham egressus est de terra sua & cognatione sua, & de domo patris sui, Genes. 12.

Christū sequi quid sit.

Est autem Christum sequi, nihil aliud, quam in ipsum credere, ipsum super omnia diligere: in ipso ipse anchorā figere, ipsum imitari tam in doctrina, quam vitæ moribus. Ad hanc sequelā hortatur Apost. 1. Ioan. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Item Ecclesiastici 23. Gloria magna est sequi Dominum. Longitudo enim dierum assumetur ab eo. Ita Petrus, Andreas, Iacobus Ioānes, dereliquerunt nauem & retia, de quibus Matt. 4. dicit: Vocati à Christo, relictis retibus & nauis secuti sunt eum. Matthæus dereliquit telonium, de quo idem dicit 9. cap. Cum transisset Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, &c. Et surgens secutus est eum. Magdalena dereliquit mundum, diuitias, voluptates carnis, de qua Luc. 7. dicit, Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, &c. rāquam stercora omnia arbitrata est, vt Christū lucrificeret. Paulus Act. 9. dereliquit omnia. Beatissima virgo Maria, atq; tres reges Magi dereliquerunt omnia bona parentum, regna, ditiones & imperia, de quibus dicit Matth. 2. Ecce magi ab Oriente venerunt, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Quamplurimi martyres, virgines, & alij sancti vniuersi dereliquerunt omnia illa quæ illis erant impedimento, ne Christum sequerentur, de quibus dicit Lucas: Quotquot enim possessores agrorū aut domorum erāt, vendentes cederebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum, Act. 4.

Multi sanctorum omnia illa dereliquerunt, quæ illis ob staculo erāt ne Christū sequerentur.

Christiani multifariā à Deo per Christū vocantur.

Sequela Christi insignis exemplum in Paulo.

Docentur Christiani, quod multifariam à Deo per Christū vocentur. Stat ad ostium & pulsat, inquit Ioan. Apoca. 3. sperās quod quis ipsi aperiet. Clamat, inquit Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &c. Item 16. Si quis vult venire post me, &c. & 22. Omnia sunt parata, venite ad nuptias. Vocati ipsum sequamur, omnia relinquamus, patrem ac matrem, vxorem & filios, agros, domum: nos ipsos abnegemus, vt ipsum sequamur. Huius nimirum insigne habemus exemplum in Paulo, Philip. 3. vbi sic dicit: Si quisquam alius videtur fiduciam habere in carne, ego magis habeo, circūcisus octauo die, ex genere Israël, tribus Benjamin, Hebræus ex Hebræis, iuxta legem Pharisæus, iuxta studium persequens Ecclesiam, iuxta iustitiam quæ in lege est, factus irreprehensibilis. Sed quæ mihi erant lucra, ea arrisus sum propter Christū damnū esse. Quinetiam arbitror omnīa damnū esse propter excellentiam cognitionis Christi Iesu Domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoque pro reiectamentis, vt Christum

sum lucrificiam, vtque reperiar in illo non habens meam iustitiam ex lege, sed quæ est per fidem Christi. En, sic & nos relinquere nolimet ipsos debemus, reijcere dignitatem nostræ iustitiæ, & solo Christo niti, huncque thesaurum nobilem lucrificere.

1. Complectitur hoc Euangelium præmia proposita his qui ita Christum sequuntur: quæ sunt duplicia. 1. *Æterna*, de illis ait: *Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël.* Futuram resurrectionē, regenerationem vocat, quia qui semel nati sumus ex carnali matre carnales, ita regenerabimur ex omnium matre terra: in cuius vterum nos omnes descendere oportet. Sensus ergo est, In futuro iudicio, cum reuixerint mortui, dabiturque cuique pro meritis suis præmium, iā nq; filius hominis deposita quam nunc videtis, humilitate, contederit in sede maiestatis, manifeste & vniuersaliter exercens iudiciariam potestatem, de qua Ioël 3. & Daniel. 7. agitur, Sedebitis & vos piscatores, modò toti mundo exosi, abiecti, ac penitus deplorati, tunc consortes honoris, qui nunc consortes estis afflictionis: iudicantes duodecim tribus Israël: quia vobis credentibus, illi credere noluerunt, quod ex eadem stirpe progeniti, iisdem miraculis ac beneficijs prouocari, tamen nulla ratione perducere potuerunt vt crederent, cum vos humiles & idiotæ, statim ad simplicem vocis iussionem, etiam illa reliqueritis, quibus vitam sustentabatis.

Præmia Christum verè sequentium duplicia. Æterna præmia. 1. Cor. 15. Philip. 3. Resurrectionē futuram cur regenerationē vocet Christus.

2. *Temporalia*, de illis ait: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Pro singulis relictis centuplum accipiet in hac vita, quantumuis sequantur persecutionum procellæ. Siquidem longè plus accrescit ex charitate Evangelica, quam decessit ex immanitate persecutorum, vehementiores atque dulciores sunt affectus spiritus, quam naturæ. Psal. Particeps ego sum omnium timentium te, &c. Nulla enim comparatio fluxarum rerum, & mox etiam si nullus eripiat, periturarum, ad opes animi quas nemo potest elargiri nisi solus Deus. Nemo potest eripere, nisi qui largitur. Hinc ait, Marci 10. Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, &c. propter me & Euangelium. Luc. 18. Propter regnum Dei, qui non accipiat centies tantum, nunc in hoc tēpore, hoc est, domos & fratres & sorores, & matres & filios, & agros, cum persecutionibus. Nempe pro dominijs terrenis celestem paradysum, pro cognatis cines sanctorum & angelos, pro coniuge vniuersam Ecclesiam, pro agris & opibus sempiternas delicias. Et si hoc parum videretur, addetur & ad cumulū

Præmia temporalia.

Affectus spiritus vehementiores atque dulciores sunt quam nature.

Doctrina de iudicantibus non tantum concernit Apostolos, verum et omnes illos qui Christum sunt secuti eius que amore omnia contempserunt. Sed et duodecim significant vniuersitatem iudicantium. Trius duodecim vniuersitatem significant. iud. conditorum. Trinitas tota auctoritatis, Christus secundum quod homo executiue iudicabit. Apostoli per affectionem dignitatem, ceteri electi per approbationem, & minus illi per comparationem,

pro vita temporali æternæ vitæ possessio in sæculo futuro. Doctrina hæc non tantum concernit Apostolos, verum etiam nos. Nam quod hic dicit, vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes, &c. non tantum Apostolis, verum & omnibus illis qui Christum sunt secuti, & propter ipsum omnia contempserunt, dictum sciamus. In die iudicij omnes pauperes spiritu iudicabunt, id est, conuincet omnes auaros: humiles, superbos: mitēs, crudeles: pacifici, seditiosos: Catholici, hæreticos: iusti impios & impenitentes: simplices corde, malignos ac maleuolos. Quod ita futurum testatur ipse Christus Luc. 11. vbi ait: Ideo ipsi iudices vestri erunt. Itē Regina Austruiget in iudicio cū generatione ista, & condemnabit illos. &c. Vni Niniuite surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam. Hinc est quod per duodecim sedes intelligamus vniuersitatem iudicantium: alioquin cum in locum Iudæ traditoris Mathiam legimus subrogatum, & Paulū etiam ad Apostolatū vocatum: non haberent locum in sedibus, nec in iudicio, quod est falsum, dicente Paulo, Nescitis quoniā angelos iudicabimus? 1. Cor. 6. Hinc etiam est quod per duodecim tribus intelligamus vniuersitatem iudicandorum, alioquin tribus Leui quidem decimaterria non veniret iudicanda, si tantum duodecim essent iudicandæ: quod etiam est falsum, dicente Matheo, quod in die iudicij plāgent omnes tribus terræ: quæ sunt iudicandæ, cap. 24. Observandum quod Christus secundum naturam diuinā, imo tota trinitas iudicabit auctoritatiuè, secundum quod homo, executiue. Ioan. 5. Pater omne iudiciū dedit filio: Apostoli per affectionem dignitatem, tanquam amici: Ceteri electi per approbationem, sententiam iudicantis iustissimā approbantes; minus mali, per comparationem, sicut de Niniuitis dictum est, Matth. 12. Luc. 11. Qui ergo sua relinquētes, Dominum secuti sunt, hi iudices cum Domino erunt, qui licita habentes, rectè vsi sunt, iudicabuntur etiā, sed ad vitā, quibus dicitur: Venire benedicti patris mei, &c. Esuriui enim &c. Mat. 25. Qui vero donis Dei abusi sunt, cū illo epulone iudicabuntur ad damnationem æternam. Iudicium enim sine misericordia fiet in illos, qui nō fecerunt misericordiam, Iac. 2. Hinc elicitur magna consolatio pro iustis confirmandis. Nam quid dulcius, quid sublimius pauperibus Christianis vnquam accidere poterit, quàm in solio maiestatis stipatum angelis, diuina auctoritate præditum sedere? Iudicabit illie pauper Lazarus diuitem epulonem: Christus suos crucifixores, & martyres suos tortores. Elicitur hinc quoque iudicium horrendum malis extimescendum

condendum. Nam quid tristius aut horribilius, quàm infernalibus flammis absumi? ab illis iudicari, quos hic iudicabas, spernebas, nihil faciebas? Sapient. 5. Christum ergo sequamur, vt hæc omnia euitemus.

3. Complectitur Euangelium hoc vocationem & electionem Dei gratuitam, cum ait, *Primi erunt nouissimi, & nouissimi erunt primi*. Et alibi: Multi vocati, pauci verò electi, Mat. 20. & 22. Quibus verbis declarat Christus vocationem nostram ex sola gratuita Dei electione pendere, nullumque locum merita nostra ante iustificationem habere. Siue enim quis ad vitam Domini, quæ est Ecclesia Dei, vocetur, siue in ipsa dignè ac meritoriè operetur, siue merita ad promerendam gratiam, ac postea vitam æternam habeat: omnia ex gratuita Dei electione pendunt. Ideo inquit Augustinus: Cū Deus nostra merita præmiat, sua dona coronat, in Psal. 102. Et lib. de gratia & libero arbit. cap. 9. Et Paulus: Stipendium, inquit, peccati mors, gratia autem Dei vita æterna, Roma. 6. Idem; Ego faciam vt vos faciam. Plus omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum, 1. Corinth. 15.

Quamuis omnia proueniant ex gratia, habent tamen sua merita, actiones & officia ex charitate facta; quia ex libero etiam arbitrio fiunt. Meritum tamen illud non ex nobis, sed ex Deo est, quod ante iustificationem nullum fuit nisi malum. Hæc est doctrina Augustini, libro primo contra duas epistolas Pelagianorum cap. 19. qui volebant gratiam secundum merita nostra dari. Dic mihi, obsecro, inquit, quid boni Paulus adhuc Saulus volebat, ac non potius magna mala, quando spirans cædem, pergebat ad vastardos horrenda mētis cæcitate ac furore Christianos? Quibus meritis bonæ voluntatis, Deus illum ab his malis ad bona, mirabili & repentina vocatione conuertit? Quid ego dicam, quibus meritis, cum ipse clamet, Non ex operibus iustitiæ quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit? Tit. 3.

Elicitur hinc doctrina cōtra omnes qui docent primam nos posse mereri gratiam. Philip. 2. Deus operatur in nobis velle & perficere. Deinde cōtra omnes Christianos, qui nullā beneficiū se à Deo accepisse existimāt, eo quod ipsos ad ecclesiā vocauerit, nec vllas ipsi gratias agūt, cum maximas agere debeant. Itē contra eos, qui etsi cognoscant, in hoc gloriantur tamen, quod ipsi prius vocati sint ad fidē, quod familia sua in religione catholica profitenda sit antiquior: nec considerant verba Christi: Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Iudas primò fuit vocatus, & nouissimè latro: attamen hic vitā consecutus est, ille vero æternam damnationem. Utinam nobis catholicis non idem contingat, postremò vocatis iam nuper ad fidem Indis.

Ec 2

Dignum

iudices futuri dicuntur.

Consolatio dulcis & sublimis pro pauperibus Christianis.

Iudicium horrendum malis extimescendum

Vocatio nostra ex sola gratuita Dei electione dependet.

Deus cū nostra merita præmiat, sua dona coronat.

Meritū non ex nobis, sed ex Deo est.

Gratiā primā nemo mereri potest.

Deus cur diuersis me dijs ad se sequendum vocet, nobis non est inuestigandum.

Dignum est consideratione, quod Christus Petrum, Andreā, Matthæum, Philippum, ac reliquos Apostolos solo verbo ad se sequendum vocet: Paulum vero prostratione, cæcitate, tempestate, ac voce querula. Ratio huius diuersitatis occulta manet in pelago illo diuinitatis, in quo (vt Paulus & Isaias docent) est altitudo diuinarū, sapientiæ & scientiæ eius, cuius iudicia sunt inscrutabilia, & viæ inuestigabiles, Romanorum vndecimo.

EPILOGVS.

1 Apostolorum est atque omnium Christianorum, relinquere omnia, hoc est, voluntatem habendi deserere, & omnia contemptim amare, vt fructuarij probi solent vi rebus, non vt planè Domini & possessores. 1. Cor. 7. Præterit habitus mundi huius. Qui vtuntur mundo hoc, sint tanquam non vtantur.

2 Hic discimus quod cum suis discipulis vnà Iesus iudicaturus est. 1. Corinth. 6. Sancti mandum indicabunt.

3 Magna consolatio & promissio. Qui propter Euangelium Christi carnalia reliquerit, spiritalia bona recipiet, quæ sunt, vt centenarius numerus exiguo numero collatus. Oculi nō vidi, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se. 1. Cor. 2. Isai 64. Et memetanea leuius afflictionis nostræ supra modum pondus gloriæ parit. 2. Cor. 4.

IN FERIS PURIFICATIONIS B. MARIE, EPISTOLA.

Malach. 3.

Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam tuam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quæ vos queritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis constans, & quasi herba fallonū: & sedebit constans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum: & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui, dicit Dominus omnipotens.

Tēpus venturi Messie post aduentū præcursoris. Marc. 1. Luca 3. Ioānes cur angelus Dei dicitur.

In hoc vaticinio Propheta Malachias præfertim quatuor facit, quæ plurimum faciunt ad fidei nostræ certitudinem. Primo, quando & quo venturus esset Messias, cum dicit Hæc dicit Dominus: Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam meam ante, &c. E quibus verbis innuitur, tum statim venturum Messiam, quando venisset angelus Domini Messie præcursor. At Ioannes Baptista is angelus & præcursor (vt vt obganniant Iudæi) verè fuit, & nemo alius præter eum, vt satis constat ex verbis angeli ad Zachariam, Luca 1. & proprio etiam ipsius Ioānis testimonio, Ioan. 1. Nam hic missus erat à Deo, vt præpararet viam Domini, paratæque Domino plebem perfectam. Item Matth. 11. Marc. 9. dicitur Ioannes angelus seu nuntius Dei,

Dei, ob angelicam & doctrinam, & conuersationem.

Verum dominus noster Iesus statim Ioannem secutus est, idque & in conceptione, & in natiuitate, & in præsentatione: nam cōceptus, natus ac præsentatus sexto mēse fuit post illius conceptionē, natiuitatē & præsentationem, & in prædicatione securus est & in morte: quod & ipse Ioannes apertissimè testatus est, dum sic de Iesu dixit, Hic est de quo dicebam: Post me venit vir qui me antecessit, quia prior me erat, Ioan. 1. Consequitur itaque hinc, Iesum illum nostrum verè & fuisse & esse dominatorem dominum seu Messiam, quemadmodum sanè & à Ioanne pro Messia & agnitus est, & deprædicatus.

Sed quonam statim venire debebat Messias? Ad tēplum sanctum suum, inquit. Hoc vero & in domino Iesu completum verè est, vt hodiernum Euangelium testabitur. Nam 40. die à natiuitate sua ad templum domini in Ierusalem à parentibus delatus est: ibique Domino præsentatus, ne dicam interim de alijs temporibus, quibus ipsemet templum adiit, ibique docuit quotidie ferè. Consequitur igitur etiam hinc Iesum nostrum verè Messiam esse.

Messias quò venire debeat ostēditur.

2 Secundo vaticinatur qualis Messias esset futurus: & ait illū fore dominatorem, & angelum testamenti. Vnde nimirum clarè colligitur, Messiam & Deum & hominem fore. Nam dominatorem esse, diuinitatis est: angelum verò testamenti, humanitatis. At talis dominus Iesus verè fuit, verus nimirum Deus, & verus homo, vt scriptura passim testatur, & ex Simconis etiam elogio apertissimè constat. Dominator quidē est, quia Dominus est omnium, habēs potestatem omnem & in cælo & in terra: iudex viuorum & mortuorū: splendor paternæ gloriæ: expressa imago substantiæ Dei, moderās omnia verbo potētis suæ, Act. 10. Matt. 11. & 28. Ioan. 5. Heb. 1. Angelus verò testamenti est, quia è cælo à patre in terras per assumptam humanitatem est missus: reconciliatorque & mediator factus est Dei & hominum, pacificans per suum sanguinem & quæ in cælis & quæ in terris sunt, Ioan. 5. 1. Timot. 2. Ephes. 2. Iam itaque certissimi sumus, nostrum Christum verum Messiam esse, verèque esse Deum & hominem, noui que testamenti in sanguine suo reconciliatorem, Hebr. 9. fruct. àque Iudæos alium expectare.

Messias qualis futurus sit vaticinatur. Messiam Deum & hominem fore colligitur. Messias dominator est. Messias angelus testamenti est.

3 Cæterū quod ad tertium pertinet, à quibus videlicet agnoscendus esset Messias, aperitur, cum ad hunc modum dominus inquit: Ecce veniet, dicit dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Ex quibus verbis clarè colligitur Messiam à paucissimis cognoscendum fore, & perpauca temporis aduentus eius habituros rationem. Hoc ipsum certè & in nostro Christo quàm euidentissimè euenit. Priusquam enim is venisset & apparuisset, optabant omnes accelerari Messie aduen-

Per paucissimi temporis aduentus Messie habuere rationem.

aduentum: at vbi apparuisset iam & doctrina & miraculis & conuersatione, nū cepit ilico cōtemnī, haberi odio, proscindi: nec quietum est, donec actus esset in crucē, adeo vt verē dixerit Simeō, positū eum esse & in ruina & in resurrectionem multorum in Israel I uc. 2. Idem testatur hodiernum Euāgelium. Nam infans inductus in templum Ierosolymis, à nemine ferē ibi agnitus est, nisi à Simeone sene, & Anna vidua, imo claius etiam iam doctrina & miraculis, vt dictum est, à paucissimis tamē pro Messia est habitus. Vnde & Ioan. ait cap. primo: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eū non receperunt. Relucet ergo & hic verē Messiam esse Iesum nostrum.

Officium
Messeie.

4 Quarto ostenditur quid facturum esset Messias. Nā Dominus inquit: *Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis cōflās, et quasi herba fullonum et sedebit cōflans ac emundās argētum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum argentumq; et sacrificabunt Domino in iustitia, et placebit Domino sacrificium Iuda et Ierusalē sicut in diebus antiquis.* His verbis describit Messie opus seu officium, quod nimirum omnes immūdos ac peccatores purgaturus iustificaturūque esset, atque facturum eos filios Leui seu Sacerdotes, quo possent offerre spirituales hostias, puta sacrificia iustitię, laudis, gratiarū actionis. Psal. 49. totius corporis; Rom. 12. & misericordię. Philip. 4. Cordis cōrriti & spiritus cōtribulati. &c. Psal. 50. Quā efficaciter dominus Iesus huiusmodi officium executus sit, satis copiose testantur libri noui testamenti: sed breuissimē simul ac luculentissimē Ioānes Euāgelista id testatur, sic inquit: Iesus Christus est testis fidelis, primogenitus mortuorū, & princeps regum terrę: qui dilexit & lauit nos à peccatis nostris per sanguinem suum, fecitque nos reges & sacerdotes Deo ac patri suo. Apocalypsis primo.

Officium
mandatorum.

Ex præmissis verbis etiam datur intelligi, Messiam cultum Dei, hoc est, doctrinam, sacrificia, & vitę innocentiam repurgaturum, restitutumque. Is namque cū venisset in mundum, sanctam legem Dei, à traditionū humanarum fece utiq; verē purgavit. Is quoque verum sacrificandi modum, ab omni repurgatum hypocriſi, ac spiritu & veritate constantē nobis tradidit: is denique verę innocentię semetipsum nobis proposuit exemplū, adeoque & impios per sanguinis sui purgationem vera innocentia ac iustitia donauit. Et sanē per hūc vnum placent sacrificia nostra, cultusque Deo, alioqui per se immunda & imperfecta. Non enim est in alio quopiam salus Act. 4. & in hoc filio sibi complacet pater cęlestis.

Messias re-
purgaturus
restitu-
turūque
doctrinam
sacrificii,
legem, vi-
que innocē-
tiam præ-
dicatur.

Quum igitur & nos à Iesu Christo in batismo purgati simus per ipsius sanguinem, sicq; cōsecrati omnes in spiritalibus sacerdotes, offeramus ipsi etiā huiusmodi sacrificia Chri-

sto nostro, simulque grati pro accepta redemptione: ipsi tanquam dominatori obediamus, seruiamusque: ipsi tāquam angelo testamenti fidamus amoreq; adhæreamus: ac iuxta ipsius præscriptum & doctrinam, vitam nostram instituamus: sicque sacrificia nostra verē fient Deo grata, consequemurque pro iis præmia & temporalia & æterna.

Nostrarum
partium est
Christo no-
stro offerre
spirituales
hostias nec
non cū in-
stitiæ tum
gratitudi-
nis sacrifi-
cia.

EPILOGVS.

1 Ecclesia hic colligit tam Helie spiritualis quā Messie aduentū quorum alter est saluator alter testis. Ioānes angelus, Christus Iesus dominator, angelus testamenti & Dominus templi, contra Iudæos, qui solū hominem expectant. Nemo enim hominum, ne ipse quidē Salomon poterat templum Hierosolymitanum vocare suum templum, sed hoc solius Dei erat, Hierem. 7. & Isai. 44. Vnde futurus erat Messias verē Deus, non solūm homo.

2 Malitia mundi et peruersitas suapte culpa Messiam non recepit, quia ignem conflatorium & herbam fullonariam mundo se exhibuit. Scabiosum enim lixiuuium auersantur: sic mundus in maligno positus, expurgatorium ignem eum & herbam fullonariam non expauescere non potest. Mundus enim non amat nisi commodē scapentem.

3 Officium Messie. purgare, iustificare, peccatores immūdos, atque eos filios Leui seu sacerdotes mysticos consecrare. Isa. 1. Excoquam ad purū scoriam tuam, & auferā omne stannum tuum, & restituā iudices tuos sicut fuerūt prius, et cōsiliarios tuos sicuti fuerūt antiquitus: post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Et officium mūdatorum Christianorū, sacrificare redēptori sanctas et immaculatas hostias. Sanctus est: ideo sanctos vult suas esse ministros, Sanctificatio nostra, eius est voluntas. 1. Ihes. 4.

IN FERIIS EIVSDEM FESTI

EVANGELIUM.

In illo tēpore. Postquā impleti sunt dies purgationis Marię secundum legē Moſi, tulerunt Iesum in Ierusalem, vt pſterent eum domino (Sicut scriptum est in lege Domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam, Sanctum Domino vocabitur.) Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce: homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans cōſolationem Israël: & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsū acceperat à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in Spiritu in templum. Et cū inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legi pr. eo. Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriā plebis tuę Israel.

Luc. 2.

Lex purgationis de muliere.

Lex purgationis Mariae obnoxia non erat. Fetus Mariae caelestis non violauit eam, sed consecrauit: & consignauit. Humilitas & charitas Mariae declaratur in obedientia purificationis.

Proximis oportet nos ita esse affectos, quem admodum Christus nobis.

Lex oblationis et redemptionis primogenitorum

Hoc Euangelium complectitur tria. Primo, legem de purificatione. Sic enim scribitur Leuit. 12. Mulier si suscepto femine pepererit masculum, immunda erit septem diebus: & die octauo circumcideretur infantulus: ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suae. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleatur dies purificationis suae. Ad hanc legem Maria non tenebatur: nam Christum concepit de Spiritu sancto, peperit virgo, & permansit virgo. Ad haec nulla in conceptione & partu fuit inquinatio: unde & nulla indiguit purificatione, quemadmodum aliae mulieres, quae laesa virginitate ex virili semine concipiunt foetum. Foetus namque Mariae caelestis, nec ingrediens nec egrediens virginalis uteri claustra violauit, sed consecrauit potius & consignauit, ne in posterum etiam vel corpus illius veluti templum semel Deo dicatum, vel animus Deo myrothecium sancti Spiritus, vllis humanis inquinamentis pateret. Ipsa quippe designata fuit per portam, illam, de qua mentionem facit Ezech. 34. cap. dicens: Porta haec clausa erit, & non aperietur, quonia Dominus Deus ingressus est per eam, eritque clausa principi. Hac tamen obedientia & purificatione, suam humilitatem & charitatem declarauit: Sequitur aliarum foeminarum consuetudinem: ingreditur templum Domini post statos purificationis dies, offert munera & sacrificia in lege Mosi praecipita. Quo exemplo docet ut charitatis rationem habeamus, ut in gratiam aliorum aliquid faciamus, etsi ex officio non debeamus: modo citra conscientiae labem aut periculum fieri possit: quemadmodum Apostolus cum liber esset, omnium seruum fecit, ut plures lucrifaceret, &c. 1. Cor. 9. & ut corruptae mulierculae non grauentur templo Domini se praesentare, suasque proles Deo offerre. Sic Anna filium suum Samuelem obrulit Domino. 1. Reg. 1. Ad hoc maxime nos prouocant exempla Christi, ac virginis Mariae. Nam Paulus ad Philip. 2. ait: Hoc enim sentire in vobis, quod & in Christo Iesu, id est, (secundum Augustinum) siis affecti vestris proximis eodem affectu, quo Christus fuit erga vos. Sicut Christus vos amauit, ita & amate proximos vestros: Et Maria ne scandalum esset, neve peccandi ansam vicinis praerberet matronis, templum, quamuis non teneatur, accedit, offertque filium suum Deo patri. Sic filius, Matth. 17. ne scandalizaret vectigal colligentes, didrachma soluit. Sic Paulus potius quam per escam scandalizaret fratrem, mauiit non manducare carnes in aeternum. 1. Cor. 8.

2. Complectitur legem de oblatione primogenitorum in templo Dei. Sic enim scribitur Leuit. 12. Cum expleti fuerint dies purificationis suae pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbae, siue turturam pro peccato.

peccato. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos colubarum vnum in holocaustum, alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur. In hac lege duo sunt obseruanda: Alterum, pro qua re sit hostia offerenda: nempe, pro primogenito: sic enim scriptum est, Exod. 13. Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Alterum, qualis sit hostia offerenda: nempe, agnus, turtur, aut pullus columbae: aut si haec haberi non poterunt, duo turtures, aut duo pulli columbarum, Leuit. 12.

Hanc legem Deus Iudaeis dedit ob tres causas. 1. Ut in memoria haberent quomodo Deus in eorum ex Aegypto migratione omne masculinum percussit inter homines & pecora. Exod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus quam de iumentis. Mea enim sunt omnia, &c. Et in monte Sinai sic ait, Num. 8. Mea sunt omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quam ex iumentis, &c. 2. Ut sacerdotes & Leuitae victum inde haberent, qui alioqui nullam in terra ista fuerant sortiti hereditatem, Num. 18. Item cap. 8. Vide ibi ad longum. 3. Ut nos admoneret de hostia veri primogeniti Domini nostri Iesu Christi, qui est primogenitus inter omnes fratres, Rom. 8. quem sacrificia legis veteris figurabant. Unde nec sine magno mysterio agnum typicum non obrulit, cum agnum ipsum exhiberet Domino, qui tollit peccata mundi, Ioan. 1. Sed par turturum pro se offerri voluit, ut ostenderet quod ex castissimo coniugio procreatus sit; aut duos pullos columbarum, ut multiplicatio prolis huius signetur.

Quantum nunc attinet ad caeremonias illas veteris legis, haec lex est abrogata. Hinc ait Paulus: Non estis sub lege, sed sub gratia. Lex fuit paedagogus ad Christum. Rom. 6. Galat. 3. Lex illa purificationis admonerat Iudaeos ipsos esse conceptos in peccatis ac turpi concupiscentia. Psalm. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Quantum vero nunc attinet ad iustificationem & obedientiam legis implendam, haec lex non est abrogata, sed tenemur ipsam legem implere, ut quae suos obseruatores magis ad magis iustificet. Lex illa quamuis non obliget propter auctoritatem Mosi, tamen quia gloriae Dei non aduersatur, est utilis & honesta. Non video cur & nunc inter Christianos non debeat obseruari, Phil. 4. Quaecunque sunt vera, quaecunque pudica, &c. haec cogitate.

Mystice designatur fidelium gratissima Deo per has aues oblatio. Columba simplicitatem, turtur castitatem designat,

E e 5

quia

Duplex obligatio purgationis mulieris, & redemptionis primogeniti: vna diuinum, altera pauperum. Lex redemptionis primogenitorum Iudaeis ob tres causas data.

Christus verus primogenitus verus agnus, et vera nouae legis oblatio

Lex purificationis quid admonerat.

Lex purificationis quamuis non obliget

propter Moysen, est tamen in noua lege utilis et honesta.

Mystica fidelium oblatio adumbratur.

quia & simplicitatis columba, & castitatis amatrix est turtur. Unde in laudibus Ecclesie loquitur Dominus, Cantic. 1. Pulchra sunt genae tuae ut turturis. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. Genas quippe turturis habet, qui ab omni impudicitiae peste castum se custodit & mundum. Oculos columbarum habet, qui nulli nocere desiderans, etiam inimicos simplici amore intuetur. Simplex ergo & pura fidelium conuersatio, gratum est Deo sacrificium iustitiae. Item utraque avis gemitum pro cantu edit. Sic qui laborat in gemitu suo, qui lachrymis stratum suum per singulas noctes abluit, acceptissimam prorsus Deo victimam maectat. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, Psal. 50.

*Simeonis
laus ex E-
uangelio.*

3 Euangelium hoc complectitur Simeonis vitam, & cantum, cum ait: *Homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon: Bonae famae bonique nominis claritate notus & famosus in ciuitate sancta, religione & studio legis famosa. Act. 2. Et homo iste iustus.* Nam veram iustitiam, quae ex fide viuam in Christum paratur, habebat. 1. Ioan. 3. *Qui facit iustitiam, iustus est, eratque in religione Christi optimè institutus.*

Timor filialis.

Timoratus erat, timore casto, sancto & filiali, sine quo iustitia difficilè cuoditur, quia iustus quanto plus diligit Deum, tanto solertiùs offendere cauet. Nam ut scriptura docet, & prima rudimenta nostrae religionis catholice nobis tradunt, initium sapientiae est timor Domini. Ecclesiast. 1. *Hic timor senè Simeonem timoratum fecerat & iustum, Prouerb. 15. Per timorem Domini declinat omnis à malo. Et Ecclesiast. 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Qui verò sine timore est, non poterit iustificari.*

*Simeonis
charitas.*

Erat expectans consolationem Israel. Nec tantum benè ordinatus erat erga Deum, sed etiam ad proximum. Nam non suam tantum, sed populi expectabat consolationem, peccatorum remissionem, à diabolo & inferno redemptionem, & aeternae vitae adoptionem. S. nequæ iam frigidus, sed spiritu feruens: effoeto corpore sed animo vegeto: aetate marcidus, sed vitae innocentia iam floridus: nimirum verè iustus, vereque pius ac religiosus, non venans exemplo Phariseorum gloriam ac quæstum ab hominibus, commodumque proprium, sed publicae salutis audus, quem nulla voluptas in hac vita remorabatur, nisi ut videret oculis suis eum quem in hoc prophetarum oracula promiserant venturum, ut consolaretur Israeliticum populum Isa. 40. *Vera pietas ex fide, charitate, & timore constat.*

Et Spiritus sanctus erat in eo. Nam iustus esse quis non potest, quin Spiritum sanctum in se habeat: fides enim, timor atque charitas ita animam impij emundant, ut peccata ac timorem ferulem foras expellant, ipsamque exornent. 1. Ioan. 4.

Docce-

Docemur igitur eos tantum dignos esse diuina reuelatione & Spiritu sancto qui iusti iunt ac timorari, ac charitate exornati. Isa. 66. *Ad quem respiciam, &c. Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, &c. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Hic Simeon ingenti desiderio ardebat videndi Christum. Quotidie orabat, dicens, *Quando veniet? quando nascetur? quando videbo? O si viuam: o si non moriar antequam ipse veniat!* Mitte Domine quem missurus es, Exo. 4. *Quia ergo spirituales non carnalem Iudaeorum consolationem votis omnibus expectabat & precabatur, Responsum accepit à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini.* Hoc est eum, quem Deus vnixerat supra omnes mortales, ut aeterno regno, nec vnquam finiendo sacerdotio potiretur. Hinc docemur, 1. *Quòd Deus iustas & sanctas petitiones libenter exaudiat, quando ea quae ab ipso petimus, ad gloriam Dei proximi que utilitatem dirigimus, Prouerb. 10. Desiderium suum iustis dabitur.*

2. *Docemur viros iustos actimoratos qui in charitate sunt fundati, non tantum esse sollicitos de sua salute, verum etiam de salute aliorum.* Ita Moses orat pro populo, Exo. 32. Ita Dauid, ita Paulus, ita hodiernus senex Simeon sollicitus erat pro salute totius populi Israelitici: ita & nos esse debemus.

Hic Simeon responso tam læto accepto à Spiritu sancto, venit in eodem spiritu in templum. Quo docemur, Spiritum sanctum neminem dehortari à publicis & ecclesiasticis conuentibus, sed maximè delectari si quando filij Dei conuenientes in vnum, sic solent vno ore glorificare Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi. In cuius rei signum, Apostolis, quibus erat cor vnum & anima vna in Domino, apparuit & venit Spiritus sanctus. Satanæ igitur inuentum est, quòd à Anabaptistæ publicos Ecclesie conuentus contemnent, aut in filias, aut in priuatas domos se recipiunt, sic declarantes opera sua indigna esse quae proferantur in lucem, Ioan. 3.

Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum. Sic solet fieri ijs qui ductum Spiritus sancti sequuntur. Neque enim potest mentiri qui dixit se inueniri ab illis qui ipsum ex animo querunt, Ierem. 29. *Ingressus templum, plura accipit quam petere ausus fuit: petebat eum oculis cernere, & ecce præter omnem opinionem datur ut in vlnas recipiat & foueat.* Non potuit maior gloria in hoc mundo Simeoni contingere, quam Saluatorem non tantum videre, verum etiam gestare, contingere, amplecti, & osculari. Gestabat in manibus pretium mundi, redemptionem Israelis. O quam

Spiritus S. reuelatione et inhaerentatione, qui digni sunt.

Simeonis seruens desiderium oratio.

Petitiones iustas & sanctas deo libenter exaudit.

Charitas non tantum de sua, sed et aliorum salute sollicita est.

Spiritus S. neminem dehortatur à publicis conuentibus ecclesiasticis, sed delectatur maximè.

Satanæ inuentum est, quòd Anabaptistæ publicos ecclesie conuentus contemnant.

Deus vult inueniri ab ijs, qui ipsum ex animo querunt.

*Gaudium
Simeonis
ineffabile.*

foelix & ineffabile gaudium, pium illum sensit pectusculum, cum puerum illum tot millibus annorum expectatum, tam libera licentia pro voluntatis beneplacito amplexatur, deosculatur! Verisimile est dixisse hoc Canticum 3. Inveni quem diligit anima mea, tenebo eum, nec dimittam. Quis enim ignem confumentem in sinu portet sine combustione? fonti se immergat sine madefactione? Nouit se contactu sancti sanctorum indignum, sed vicit amor vehemens rationem, & ad vnionem & amplexum impulit senem. Hinc erupit mox defectura vox in laudem Dei, veluti cygneam quandam cantionem promens. Nam suscepto Simeon Christo in vlnas cicinir, dicens:

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, et gloriae plebi tuae Israel.
In hoc cantico facit tria.

*Simeonis
canticum
continet
tria.*

Qui bonorum operum viaticum hic sibi comparauerunt, libenter ex hoc seculo proficiuntur.

Sancti pro carcere hunc mundum habent.

Christus salutare dei.

Primus Christi aduentus omnibus placidus et paratus, iudei ex promissione, gentibus ex gratia.

1 Committit sese voluntati Dei, dicens: Nunc dimittis, &c. quasi dicat, Nunc lubens moriar, nunc mihi mors desiderata atque expectata aderit: nunc quod diu oprauit, adeptus sum. Idem dicebat Dauid Psalm. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Qui enim viaticum bonorum operum hic sibi comparauerunt, libenter ex hoc seculo proficiuntur, scientes quod beati mortui qui in Domino moriuntur, Apoc. 14. & illud Sapient. 4. Iustus si morte praecipuus fuerit, in refrigerio erit. Vnde & sancti pro carcere hunc mundum habent. Heu me, inquit Dauid, quia incolatus meus prolongatus est. Et Apostolus Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit, &c.

2 Subdit rationem cur paratus sit mori. *Quia, inquit, viderunt oculi mei salutare tuum.* Hoc est, saluatorem mundi, qui satanam deuicit, mortem aboleuit, tartara confregit, peccata tulit, & toti humano generi opem vitamque praestitit, de quo Isa. 52. Videbunt omnes fines terrae salutare Dei nostri, vnde postmodum Luc. 9. ait, Filius hominis non venit animas perdere, sed seruare.

3 Ostendit quis sit saluator ille. *Quem tu Deus, inquit, parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebi tuae Israel.* In primo aduentu omnibus paratus est, vt credant, diligant, & sanentur: & omnibus pateat accessus. Non est acceptio personarum apud Deum, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi, Act. 10. Dissidenter tamen, Rom. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est, &c.

Ex hoc vero lumine Christo instituit catholica Ecclesia, vt festo

festo hoc Christiani omnes celebrantes processionem Mariae, Ioseph, Christi, Simeonis, ferrent cereos consecratos: quos aduersus Magorum praestigias & machinationes diabolicas, plurimum experimur habere virtutis.

EPILOGVS.

- 1 *Sistitur puer Iesus Domino & Deo Patri, vt doceat presentare in lege gratia nos ipsos Deo. Rom. 12. Obsecro vos fratres, vt exhibeatis corpora vestra, &c.*
- 2 *Exemplum Christiani hominis in Simeone, qui pius ac iustus, & in quo Spiritus sanctus erat.*
- 3 *Cum pace recedit ex hoc mundo, qui intelligit quod Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians, 2. Cor. 5.*

*Originem
institutionis
luminarium ex
Christo vero
lumine
instituit
Ecclesia.*

DE BAPTISMO CHRISTI,

EVANGELIUM.

In illo tempore: Venit Iesus a Galilea in Iordanem, ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens, Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei, Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei caeli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de caelis, dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

DE Baptismo Christi nobis tria veniunt obseruanda.

1 **Primo, circumstantiae.** 1. Quando Christus sit baptizatus: nempe, tricesimo suae aetatis anno, decimo quinto anno Tyberij, sub Pilato & Herode. Tum enim cepit Ioannes praedicare baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, Isa. 40. Baptizabat autem Phariseos & Sadduceos, quibus dixit, Genimina viperarum, quis vos docuit fugere iram Dei? &c. Turbas populi, quibus dixit: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Publicanos, quibus dixit, Nihil amplius quam constitutum est vobis, faciatis. Baptizabat & milites, quibus dixit, Neminem concutiaris, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris.

2 **Vbi Christus sit baptizatus:** nempe, in Iordane flumine; vt responderet facto Naaman Syri, qui ex praeccepto Elisaei in illo flumine lotus, sanitatem plenissimam recuperavit, 4. Reg. 5. Ita si nos ex praeccepto Christi lauerimus nos aquis baptismi, liberabuntur animae & corpora a turpissima lepra peccati, qua commaculati nascimur.

3 **A quo Christus sit baptizatus:** nempe, a Ioanne qui primus mandatum habuit baptizandi homines ad poenitentiam, sicut scriptum est Luc. 3. Factum est verbum Domini super

Matth. 3.

Anno aetatis suae tricesimo

Christus baptizatus est.

Luc. 3.

Ioannes quos baptizauit.

Luc. 3.

Baptismus Christi in Iordane factus respondet facto

Naaman Syri.

Ioan-

Ioannem, &c. & Ioan. 1. Qui misit me baptizare in aqua, &c. Doctrina est, sacramentum baptismi suscipiendum esse omnibus Christianis: quia legitima Christi auctoritate est institutum: qui potuit & voluit sub illis elementis tantam virtutem collocare.

Matth 3.

Admiranda Christi

Ioannis humilitas.

Iusti iam omnem quis impleat.

Malitiam omnem quis impleat.

Christus quomodo impleverit omnem iustitiam.

1. Pet. 2.

Per Baptismi sacramentum, cur iustitiam

Christus adimplere elegerit.

Duas ob causas

Christus baptizatus est.

4 Quomodo Christus sit baptizatus: Nempe, ut Euangelista ait, cum definitum tempus à Patre iam adesset, & Ioannis testimonio satis esset annuntiatus, venit Iesus à Nazareth ad Iordanem ut baptizaretur. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari: & tu venis ad me? Admiranda viriusque humilitas, ubi alter alterum in honore præuenit. Honore inuicem sitis præuenientes, ait Apostolus Roma. 12. 1. Pet. 2. Iesus respondit: sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Implet omnem iustitiam, qui se peccatorem vere agnoscit, sacramentum suscipit, & mandata Dei prorsus seruat. Implet verò omnem malitiam, qui cum sit impius & peccator, hoc non cognoscit, quin iustum se reputat, & ut talis in se gloriatur: & qui negat per mandata Dei nos iustificari.

Christus dicit, Sic nos decet implere omnem iustitiam: 1 Per humilitatem. Ita Christus humiliavit se. Nam formam serui accepit: & cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit, Philip. 2.

2 Per cognitionem peccati, seu penitentiam. Ita Christus accessit ad baptismum cum cognitione peccati, non ab ipso qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius, commissi, sed ob nostrum peccatum: cuius causa venit in similitudine carnis peccati, Rom. 8.

3 Per susceptionem sacramenti. Ita Christus suscepit sacramentum, non ut peccata sua tolleretur, sed ut sacramento virtutem & efficaciam auferendi peccata conferret.

4 Per obedientiam. Ita Christus per omnia obsequentem se præstitit patri æterno, adeò ut ipse dicat de se, quòd nõ venerit soluere legem, sed adimplere, Mat. 5. Descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me patris, Ioan. 6.

Adimpleamus ergo & nos omnem iustitiam. Nisi, inquit, Christus, Mat. 5. iustitia vestra abundauerit plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum.

5 Obseruandum quare Christus sit baptizatus: nempe, ob duas causas: ut sese omnes in Christo baptizatos recepturum ostendat in filios adoptionis, ijsque peccata remissurum, & in fratres admissurum, Spiritum sanctum collaturum, & vitæ æternæ heredes effecturum: & ut suo exemplo ad baptismum nos incitet, ne sacramenta contempnamus. Postquam enim sacramenta diuinitus sunt instituta, debemus illis libenter & reuerenter uti. Idcirco enim pater cælestis voce delapsa dixit,

Hic

Hic est filius meus dilectus. Primò, ut Christum filium suum mundo Deum esse, quamuis verus esset homo, declararet. Secundo vox illa omnibus Christianis acclamat, & affirmat quod per baptismum sint facti filij Dei. Aperiuntur cæli, ut intelligamus quod per sacramentum baptismi cæli referentur iis quibus antea ob peccatum clauderentur. Venit Spiritus sanctus in specie columbæ super Christum, non quasi prius non haberet, sed ut mudo restaretur Christum esse filium Dei: & etiam nobis persuadeat, Spiritum sanctum per illud sacramentum iis qui in Ecclesia baptizantur, conferri.

Est hic obseruandum, quòd Christus voluit anno suæ ætatis tricesimo baptizari, propter quinque causas. 1. Quia tunc, & non ante solidum fundamentum baptismi sua morte, passione, ac prædicatione iacere instituebat.

2. Ut baptismum Ioannis, qui virtutem remittendi peccata & efficaciam non habebat, perficeret: eiusdemque Ioannis fundamentum & doctrinam confirmaret.

3. Quia sua doctrina hoc sacramentum decreuerat stabilire, sine quo nulli salus contingeret: ut maiorem auctoritatem illi conciliaret: & vt eius institutionem magnificè commendaret, suo ipsius corpore ipsum voluit sanctificare, & ut tactu sui corporis aquas mundaret ac sanctificaret.

4. Ut illo actu nos instrueret, ne vnquam pudeat nos ab inferioribus baptizari, vel in cõspectu populi in susceptione huius tam sancti sacramenti nos vestibis expoliare, Ansel. in Matth.

5. Ut operationem Trinitatis per descendentem columbam per Patrem clamantem, per filium ipsum susipientem, in hoc sacramento esse conuinceret: vt planè Christiani intelligat, sanctam atque diuinam illam actionem à tota Trinitate & Christi passione virtutem auctoritatèque habere, non ab homine administrante. 1. Cor. 3.

Est autem considerandum ex hac doctrina, sacramenta quæ Christus instituit, non casu, aut fortuito successu esse instituta: sed eo tempore, hora atque momento, quo ab æterno tota Trinitas hoc statuerat. Item errare turpiter Calvinum, qui nulum discrimen agnoscat inter baptismum Ioannis, & Christi: cum ille baptizauerit tantum in aqua, Christus verò simul etiam in spiritu. Baptismus efficaciam suam non nisi à Christo habere potuit, atque is tunc temporis nondum erat institutus in sacramentum. Act. 18. 19. aperte constat discrimen baptismi Ioannis & Christi. Deinde considerandum virtutem Christi non esse alligatam sacramentis. Nã sine baptismo remisit Christus quãplurimis peccata, ipsisque spiritum sanctum dedit: quod & modo facere potest. Verum hoc fit ex singulari Christi dispensatione, & gratia. Et quamuis ita contingat mirabili aliqua ratione peccato-

Anno ætatis sue tricesimo variis ob causas baptizari voluit. Baptismus Ioannis inefficax.

Neminem debet pudere ab inferioribus baptizari. Baptismus suam virtutem & auctoritatem non ab homine, sed à tota trinitate habet. Caluini turpis error.

Virtus Christi non est alligata sacramentis

peccatorum remissionem obtinere, & spiritus sancti gratiam tribui, nihilominus baptisma minime negligendum, dicente Petro, Act. 10. Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini Iesu Christi. Infantes autem in baptismo possunt iustificari & sanctificari sine rationis auxilio: quod testimonium Ioannes probat, qui nondum natus sensit presentiam Christi, idque non motu rationis, sed virtute spiritus sancti. Luc. 1.

Infantes iustificari & sanctificari in baptismo possunt sine rationis auxilio. Miracula in baptismo Christi facta. Baptizatus Christus quid orabat.

Oratio Christi quid nos doceat. Baptismus magnificandus à nobis quem Christus suo corpore instituit et sanctificavit.

Baptismus vnica & maxima consolatio nostra.

Materia baptismi à qua naturali, siue calida sit aut frigida, vel aliis qualitatibus affecta, non aqua artificio aliquo expressa, ut rosacea, vel alia similis. Est enim baptismus, non aqua vulgaris tantum, sed aqua

2. Obseruanda sunt miracula que in baptismo Christi contigerunt. Christus baptizatus orabat, ut Deus suo spiritu sancto perfunderet animas & corpora eorum qui baptizantur, satanam inde exturbet: peccata baptizatis indulgeat: gratiam qua precepta seruent, carnem mortificent, interiorum hominum renouent, ac vitam æternam promereri possint, conferat. Nam tempus aderat quo Christus debebat inchoare suum officium ad redimendum genus humanum, à diabolo tentari in deserto, & assumere sibi Apostolos atque Discipulos, quos doceret ea que à Patre in mandatis acceperat: per quos etiam in vniuerso mundo remissio peccatorum, & redemptio generis humani annuntiaretur per Christum facta. Ut hæc tam grandia sacramenta sceleriter cedant, Christus Patrem orat: docens nobis semper, priusquam aliquid incipiamus, esse orandum. *Cæli aperti sunt.* Hæc cælorum apertio significat, propter Christum, cælum quod hæcenus propter peccata fuerat clausum, iam rursus esse apertum omnibus baptizatis, qui bonis operibus studuerunt ipsum promereri.

Apparent tres distinctæ personæ indiuisæ Deitatis: nempe, Pater, qui de cælo clamat: *Hic est filius meus dilectus, etc.* Filius, qui in Iordane baptizatur. Et spiritus sanctus, qui in specie colubæ apparet. Hæc omnia nostrum in usum contigerunt, ut baptismi sacramentum magnificemus, quod Christus suo sancto corpore instituit & sanctificavit. Nec dubitemus totam Trinitatem tum adesse, quoriscumque infans aliquis apud nos baptizatur. Et sit vnica & maxima hæc consolatio nostra, quod propter dilectum filium Dei & nos omnes in baptismo iustificamur, consequimur remissionem peccatorum, recuperamus iustitiam & innocentiam perditam, donamur spiritu sancto, reconciliamur Deo, adoptamur in filios Dei, & datur actio ad vitam æternam, rauquam hæreditatem sibi assignatam, piis studiis sanctisq; actionibus promerendam.

3. Obseruandum, qua materia constet baptismus: scilicet, aqua naturali, siue calida sit aut frigida, vel aliis qualitatibus affecta, non aqua artificio aliquo expressa, ut rosacea, vel alia similis. Est enim baptismus, non aqua vulgaris tantum, sed aqua

vite

vite diuino verbo sanctificata, & præceptis Dei diuinaq; virtute communita: ut sit aqua salutaris animæ & corporis fidelium, quæ occidat peccatum, & viuificet animam. Et ut intelligas baptismum esse aquam viuam: considerabis illius originem, non enim ab homine, sed à Deo est institutus. Considerabis illius per Christi corpus sanctificationem, quo facto indicat sibi placere baptismum. Considerabis Dei mandatum: *Ite & baptizate omnes gentes, &c.* Matth. 28. & Dei promissionem: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit,* Marc. 16.

Baptismus aqua vite.

Baptismus igitur est summus thesaurus noster cælestis: Si vis ingredi regnum cælorum, duo sunt tibi facienda: 1. Credis Christum pro te passum, mortuum, &c. ut eius morte tu viueres, & Patri reconciliareris. 2. Suscipe baptismum, siue aqua hac sanctissima ablui tua peccata, & serua mandata. Qui hæc duo contemnit, proculdubio peribit: *Qui autem crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, modò mandata seruet: eritque hæres vite æternæ.* Amen.

Baptismus summus noster thesaurus cælestis. Marc. 16.

Quamuis Christus tricesimo anno sit baptizatus, religio tamen catholica & traditio Apostolica docent, pueros omni ætate baptizandos, 1. Mandato Christi dicentis, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c.* 2. Promissione vniuersali, qua omnibus hominibus Dei gratia promittitur, huius gratiæ sacramentum est baptisma: ergo ad omnes homines pertinet. Paruulos autem homines esse, nemo sanus negabit.

Religio catholica, & Apostolica traditio docent pueros omni ætate baptizandos

3. Natura regni Dei. Nam regnum siue gratia Dei non venit cum obseruatione ætatis, neq; ad hanc circumstantiam temporis ligari debet: cum baptismus sit gratiæ Dei sacramentum.

4. Clementia Christi, qui nemini suam gratiam negat, quare nec baptismum paruulis.

5. Exemplo circumcisionis. Infantes enim Iudæorum portabantur ad circumcisionem, nescientes verbum Dei, neq; valentes audire de fœdere gratiæ, quare & nostri paruuli etsi non audiant aut intelligant verbum, de ferri tamen ad baptismum debent. Nam nos vniuersale mandatum habemus de baptizandis omnibus gentibus, sicut Iudæi de circumcidendis paruulis: & sicut inscitia non obfuit eorum paruulis, ita neque nostris.

6. Exemplo Apostolorum, præsertim Pauli, qui scribit se baptizasse: totam domum Stephanæ, id est, adultos & paruulos, 1. Corin. 1.

Patres testantur in Ecclesia semper paruulos fuisse baptizatos.

7. Testimonio patrum, qui testantur in Ecclesia semper paruulos fuisse baptizatos. Origenes cap. 6. ad Roma. Ecclesia ab Apostolis traditionem accepit, etiam paruulis baptismum dare. Cyprianus scribit, in concilio quodam damnatam opinionem cuiusdam, qui ante octauum diem volebat baptizari in fan-

Anno Christi 193.

Ff res,

Anno Christi res, lib. 3. epist. 8. Augustinus contra Donatistas, lib. 4. item in
sti 252. Gen. &c. Hieronymus contra Pelagianos, satis arduas causas
Anno Christi recenset, cur paruuli sint baptizandi.
sti 387.

EPILOGVS.

1. *Quemadmodum Christus occidi voluit, ut nos à morte redimeret: sic & baptizari elegit, ut suo baptismo animas nostras purgaret, tactuq; sui sanctissimi corporis aquis vim regeneratiuam præstaret.*
2. *Exemplum salutare hic in Christo modestie, in Ioanne autem obedientie.*
3. *Baptismi Christiani effectus pulchrè declaratur, Aperti sunt cali, visus est spiritus Dei descendere, vox audita est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

I N F E R I I S C A T H E D R Æ B. P E T R I,
E P I S T O L A.

1. Pet. 1.

Petrus Apostolus Iesu Christi electis aduenis dispersionis Ponti, Galatie Cappadociae, Asiae & Bythiniae, secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificatione spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis & pax multiplicetur. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam & immarcescibilem, conseruatam in calis in vobis: qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabit, modicum nunc, si oportet, contristari in varijs tentationibus: ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorè in reuelatione Iesu Christi Domini nostri.

BEATVS Petrus sicut & Iacobus Iudæis scribit, sparsim incolentibus gentium regiones, Epistolam profecto dignam Apostolorum principe, plenam auctoritatis ac maiestatis Apostolicæ, verbis parcam, sententijs refertam: hortaturq; principio ad tolerantiam malorum, quæ ob Euangelij inuidiam perpetiebantur spe præmiorum. Quod & B. Iacobus facit cap. 1. Pro summo gaudio ducite fratres, inquit, quoties in tentationes varias incideritis, illud scientes, quod exploratio fidei vestrae parit patientiam. Cæterum patientia opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, nullaque in parte diminuti. Vnde D. Petrus ad maiore eorum cõsolationem nomen suum proprium exprimit, quod à Christo sibi aptatum accepit; siquidem antè Simon appellabatur, adiectio etiam nomine sui muneris seu ministerij, cum dicit, *Apostolus*, id est legatus & nuntius à Christo Deo & homine Dei filio missus, olim eidem cõuictor, nunc autem destinatus Apostolus. Non enim veretur nomen suum proprium & officij præfigere: quia nihil præter cælestia,

cælestia, deifica & sancta omnia ædificatoria tractat. Econtrà *Scriptores catholici nomina sua propria non subtrahunt, nec pseudographorum. Exhortatio ad laudem Dei. Iudæi ac Turcæ veram vniuersam Dei notitiã non habent. Scriptura hæc solam Deum nobis cõmendat, qui habet naturalem filium. Qui Deum negat esse Domini nostri Iesu Christi patrem, is Deum non nouit.*

In hac vtriq; lectione breuiter & dilucidè D. Petrus totam salutis nostræ rationem utpote principium, medium, & finem nobis proponit: & facit potissimum septem. Primo, laudat Deum, nosq; peculiariter ad collaudandum Deum, suo exemplo hortatur & excitat. Et quo laudatio huiusmodi & perfectior sit & præprior, in medium adfert, quis sit ille Deus quem laudare debeamus, cum dicit: *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, &c.* Confitentur & Iudæi ac Turcæ vni Deum, D. uique laudant: verum imaginarium incertumq; & confitentur & laudant Deum. Quem enim confitentur & laudant illi hunc Patrem esse, hoc est, naturalem habere filium negant. At Petrus hic eum à nobis agnosci & laudari vult, qui est pater Domini nostri Iesu Christi, hoc est, qui naturalem habet filium. Imo vniuersa etiam sacra scriptura hunc solum Deum nobis vnicè commendat. Ergo pater Domini nostri Iesu Christi verus Deus est, quem nos & confiteri & laudare debemus. Qui vero negat Deum esse Domini nostri Iesu Christi patrem, is Deum non nouit, etiam si omnia alia pertinacissimè credat, quæ ipsi sacra tribuit scriptura. Sumus igitur hic certi, quis verus Deus sit. Hunc itaque vnum & verum Deum semper agnoscamus, & ut verum Deum dignè laudemus. Credamus, inquam, verum Deum esse patrem naturalem Domini nostri Iesu Christi, & Iesum Christum naturalem esse veri Dei filium, Matth. 16. & Ioan. 6. Ita verum Deum rectè nouerimus, ut salui simus.

2. Secundo, declarat à quo salus æterna detur: & dicit eam contingere à Deo & Patre Domini nostri Iesu Christi. Quod autem eam Deo tribuit, per hoc excludit omnes creaturas in vniuersum, docetq; à nullo eam expectandam, nisi à solo Deo: quemadmodum & Deus ipse apud Isaiam 43. cap. inquit, Ante me non est factus aliquis Deus, & post me non erit. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator. Et cap. 45. Deus iustus & saluator non est præter me. Porro quod addit Apostolus, patrem Domini nostri Iesu Christi, per hoc omnes alios deos excludit, docetq; hunc solum esse verum illum Deum saluantem, quemadmodum & D. Paulus 1. Cor. 8. eleganter testatur: Et si (inquens) sint qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra (siquidem sunt dij multi & domini multi) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia & nos in illum.

3. Tertio declarat, qua causa mouente salus detur, cum dicit

Salus da-
tur à Deo
patre non
propter o-
pera aut
merita præ-
cedētia, sed
ex eius be-
nignitate.

Salus à
Deo datur
per Christi
resurrecti-
onem.

Incarratio
Christi sa-
lutis para-
ta iudicij.
Passio Chri-
sti peccati
mortisq; re-
expiatio,
etc.

Resurre-
ctio certū
argumen-
tum ablati
peccati,
mortis de-
structæ.

Ascensio est
preparatio
donati. & ca-
lestis here-
ditatis, &
rectū ven-
ture sala-
tis signum.
Deus bis
pater no-
ter factus.

Petrus, eam dari secundum misericordiam Dei. Quo sanè elogio omnia merita humana excludit, ac docet, salutem contingere à Deo, non propter præcedentia opera aut merita, sed gratis, ex sua benignitate, quemadmodum & Deus ipse apud Isa. ca. 48. inquit, Propter me, propter me faciam, vt non blasphemem: & gloriam meam alteri non dabo. Et B. Paulus 2. Tim. 1. Deus, inquit, liberavit nos, & vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam. Et ad Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit Deus.

4 Quarto declarat per quæ salus à Deo detur, cum d. Petrus subdit, eam dari per resurrectionem Iesu Christi. Per resurrectionem verò, & incarnationem & passionem, adeoque ascensionem intelligi vult. Nam per hæc singulas salus impetrata est, hoc nimirum confirmante Paulo, Roma. 4. Traditus est, inquit, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: incarnatio enim Christi, indicium fuit, quòd salus ipsa esset propè ac parata. Passio autem ipsius peccata rotius mundi expiavit, mortisq; per mortē aboleuit sententiam, Ose. 13. 1. Cor. 15. adeoq; mortis auctorem eneruavit. Resurrectio vero, certū argumentum dedit, ablatū esse peccatum, de gloriā mortē, deuictā satanā, profligatam damnationē, & contrā æternam redditā iustitiam, donatam vitā, recuperatam æternam felicitatem. Ascensio deniq; preparatio fuit donatæ celestis hæreditatis, & certum signum eò venturos saluos, quo Christus præcesserit, Ioan. 14. Summa igitur est, per vnum Iesum Christum dari salutem à Deo: & hac præcipuè de causa nobis laudandus est Deus. Audiamus Petrum, quid nobis fecerit laude dignum, quidq; præstiterit. *Iuxta copiosam suam misericordiā, inquit, regenuit nos in spem viuā, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem immortalem et incontaminabilem atq; immarcescibilem, cōseruatam in cælis erga vos, qui virtute Dei custodimini per fidem ad salutem quæ in hoc parata est, vt patefiat in tēpore supremo.*

Ac si dicat, laudandus ob id à nobis est Deus pater, non tantū quòd noster pater sit sola creatione, sed quòd in regeneratione omnium maximè pater noster factus est. Quod ille in nobis creauerat rectè & absolutè, id protopater noster Adam sua transgressione in nobis corruerat rursus: nam peccato & morti nos infelicitè genuit. Misertus igitur nostri Deus, bis pater noster factus est. Nam regenuit nos iustitiæ & vitæ, quos semel iustitiæ & vitæ creauerat: regenuit autē per mortē & resurrectionē filij sui Iesu Christi. Hunc enim sinit mori, vt peccata nostra tollerentur: hunc & resurgere fecit, vt æternum iustificaremur & viuificaremur. Et regenuit nos sic, vt & in filios adoptauerit, & hæredes vitæ æternæ instituerit: ac quando in ter-

in terris adhuc agimus, custodit nos virtute sua per fidē ad salutem. Et si cælestem hæreditatem nondū realiter possidemus, certissimo tamen erga nos in cælis cōseruata est, vt etiā Apostolus 2. Tim. 1. confidenter dicat, Scio cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem.

5 Quinto, ostendit Petrus quid ipsa salus sit, cum dicit esse illam hæreditatem incorruptibilem, & incontaminabilem & immarcescibilem, cōseruatam in cælis, paratā reuelari in tēpore nouissimo. Quibus vtique verbis declarat, salutē non esse rem leuiculam, sed talem, quæ æternas diuitias, æternas voluptates, æterna gaudia, æternam vitam complectatur. Si iam cui placēt opes, voluptates, gaudia, felicitas, vita: ei sanè multo magis aridebit salus, vt quæ (modo diximus) has omnes, non ad tēpus, non mixtim, sed perpetim, sed sincerissimè adferat, vt non immerito ex Isa. cap. 64. Paulus 1. Cor. 2. dicat, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum.

6 Sexto, ostendit quibus cōtingat salus, cum dicit dari eam illis, qui in virtute Dei custodiantur per fidem. Quibus nimirum verbis innuit, non quoslibet salute donari, sed eos duntaxat, qui ab æterno ad eam prædestinati sint, quiq; iam vocati prædicatione verbi, & per Spiritum sanctum solidam in Deum patrem & Iesum Christum fidem habeant: quemadmodum & D. Paulus pulchrè Roma 8. inquit, Quos præscierat Deus, hos prædestinavit cōformes fieri imagini filij Dei, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem prædestinavit, hos & vocauit: quos autem vocauit, eos & iustificauit, eos & glorificauit, hoc est, æterna salute donauit. Summa itaque est, solos electos ab æterno saluari.

7 Septimo, ostendit B. Petrus, quæ fors, qualisq; vita saluandorū in hoc mundo sit, cum dicit eos nunc cōtristari oportere variis tentationibus, & vitā agere cedentē in laudem & gloriā & honorem Dei. His autem verbis certa dat signa, quibus electi dinosci possint. Nam tametsi prædestinatio & salutis donatio inuisibiles sint, tamē his notis deprehendi clarè queunt saluandi, nempe, ex afflictione & vitæ innocentia: Iuxta illud, In mundo pressuram habebitis, &c. Quicunq; igitur hic affliguntur ob iustitiam & piā interim vitam agunt, ij certissimi sunt electi, Heb. 12. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit, Prou. 3. Apoc. 3.

Quare si & nos huius salutis vere participes & haberi & esse volumus, patienter afflictiones toleremus, & piam agamus vitam. Sic futurū est, vt nos quoque hæreditas illa immarcescibilis maneat, finis, inquā, fidei nostræ, salus animarū nostrarum. Hinc enim beatus vir esse asseritur qui suffert tentationem,

Salus quid sit.

Soli electi ab æterno, salute donantur.

Sors & vita saluandorum in hoc mundo. Notæ et signa quibus deprehen- duntur saluandi et electi.

Finis fidei salutis animarum.

Laudatio Dei in exultatione. & in afflictionibus consistere debet. Iure optimo electis exultandū.

quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, Iaco. 1. In hoc (inquit Petrus) exultate, nunc ad breue tempus afflicti in varijs experimentis. si opus sit, quod exploratio fidei vestrae multo pretiosior auro, quod perit, & tamen per ignem probatur, reperitur in laudem & gloriã & honorem, in reuelatione Iesu Christi. Quibus etiam verbis innuit, quo pacto laudari Deus à nobis debeat, & ostendit laudationē Dei & in exultatione & in afflictionibus consistere debere: sic ergo laudare debemus Deum, vt exultemus in conscientia pura & fide non ficta, vtque afflictiones in Dei gratiam patiamur. Exultare iure optimo debemus, quod sciamus hæreditarem immarcessibilem in nos in cælis esse conseruatam. Gaudete & exultate, ait Saluator, quoniam merces vestra copiosa est in cælis, Mat. 5. Affligi vero patienter feremus, & quod non diu affligemur, & quod fides per afflictiones tum probetur, tum reddatur illustrior, & quod æternam laudem, gloriã & honorem inde sumus habituri in reuelatione Iesu Christi. Hinc & Apostolus ait, Roman. 5. Sed & gloriã in tribulationibus, sciãtes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. Et 2. Cor. 4. Id quod in præsentis est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, &c.

EPILOGVS.

- 1 Spes. viua Christianis est, per hoc quod resurrexit Iesus Christus ex mortuis, in hæreditatem immortalem, incontaminabilem & immarcessibilem conseruatam in cælis.
- 2 Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, Act. 14. Si compatimur & conregnabimus. si commorimur & conuiuemus. Rom. 8. 2. Timoth. 2.
- 3 Christus nobis datus est in donum, vt sit sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio nostra, 1. Corinth. 1 & in exemplum, vt passo in carne Christo, nos eadem cogitatione armemur, 1. Pet. 4.

RATIO institutionis solennitatis hodiernæ queratur ex sermone s. Augustini Episcopi, qui sic incipit: Institutio solennitatis hodiernæ à senioribus nostris Cathedræ nomen accepit, &c.

Euangelium huius diei inuenietur in feriis Apostolorum Petri & Pauli.

I N F E R I I S M A T H I A E A P O S T O L I, E P I S T O L A.

Act. 1.

In diebus illis, exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem hominum turba simul fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri scripturam quã prædixit Spiritus sanctus per os David de Iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus erat in nobis & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniuratus, & suspen-

sus Iesus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus in Ierusalē, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Aceldemach, hoc est, ager sanguinis: Scriptum est enim in libro Psalmorum; Fiat habitatio eorum deserta, et non sit qui habitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sumus congregati in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dominus Iesus incipiens à Baptismate Ioannis vsque in diē qua assumptus est à nobis, restans resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex illis. Et statuerunt duos, Ioseph qui vocatur Barsabas qui cognominatus est iustus, et Mathiam. Et crâtes dixerunt. Tu Domine qui corda nostri omnium, ostēde quē egeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius, et apostolatus de quo præuicatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eius, et cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

HABES hic de noui Apostoli electione. Primo, quo horante instituta sit, videlicet Petro, qui orationem habuit idque non tam singularis potestatis, quàm & ordinis, & diuini instinctus causa. Loquitur autem. 1. de Iudæ defectioe, cuius sceleris grauitatem notat tum ab ipso facto, quod fuerit dux comprehendentium Iesum: tum ab antegresso munere, quod à Iesu in numerum Apostolicum cooptatus fuerit. facit autē D. Petrus id non tam ob Iudæ insectationē (nā proculdubio tristis acerbaque fuit inter discipulos eius rei commemoratio) quàm ob cæterorum exhortationē, vt tanto cautiore sint, cum in perseuerando, tum in collega eligēdo. Deinde causam eius sceleris refert, non ad Iudæ malitiam, quæ verissima tamen proximaque causa fuit, sed ad scripturæ impletionem, licet ea causa sit remota, & quæ præuisionem, nō impellit, ē arguat. Placuit autem Petro hanc omittēre, vt quæ nihil ad edificatiōnē faceret: & hanc proponere, ne quæ grauius perturbaret tā horribilis Iudæ casus. Atque idem nobis quæque faciendū vt ab hominum cogitatione nos ad scripturam & consilium Dei conuertamus. Porro quod Spiritū sanctum ait prædixisse quæ scriptura memorat: discis quantum deferendum sit scripturæ. 2. Loquitur de alterius subrogatione. 1. Quod alius sit eligendus. Nam erat planè necessarium, ne vel Apostolorum functio, si in primo suo numero claudicasset, minus ponderis obtineret: vel Israëlitarum tribubus, quibus colligendis & Christus venerat, & discipulos emissurus erat, minus responderet Apostolicus numerus: vel ne Iudæ vanitas & defectio, Christi veritatem & decretum superasse videretur. Nam vt plurimi finē nolint, aut deficiant tamen nouit Deus vnde suum agmen compleat. 2. Quod confectio eligendus: id quod Petrus colligit ex priori. Nam si cōstet eligendū, quidni protinus exequatur. Nos similiter cogitemus, cum de Dei voluntate, deque munere nostro facti sumus certiores, nullas faciēdas esse moras.

Petri horatū noui Apostoli electio instituta. Psal. 40. Ioan. 18. Sceleris Iudæ grauitas, defectioe Iudæ cur meminit Petrus. Math. 27. Causa sceleris Iudæ proxima eius malitia, remota vero scripturæ impletio. Psal. 108. Sc. scripturæ sacræ defendendum quam eloquiatur spiritus sanctus. Alterius Apostoli subrogatio perquam necessaria.

Quo è numero seligendus sit, ex eo nempe, qui cū Christo vixerint à baptismo vsque ad Ascensionem: idq; ideo quòd Apostolum decuit oculatum ac solidum esse operum & verborum Christi testem. Cœperat autem Christus publicè operari ac docere, cū inauguratus esset in baptismo. 4. Quod ad opus seligendus, videlicet ad testandum, id est, passim publicè iue prædicandum, & testandam maximè resurrectionem. Discimus ergo Apostolicum esse prædicare. Viderint ergo successores num vocationi suæ rectè responderint, discimus præterea prædicandum solum Christum, cuius summum ad salutem opus resurrectio: cætera enim Christi opera vel ad eam tendunt, vel ex ea suam vim accipiunt. Viderint ergo nugatores, de quibus Psal. 118. ait: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.

3 Quo è numero seligendus sit, ex eo nempe, qui cū Christo vixerint à baptismo vsque ad Ascensionem: idq; ideo quòd Apostolum decuit oculatum ac solidum esse operum & verborum Christi testem. Cœperat autem Christus publicè operari ac docere, cū inauguratus esset in baptismo. 4. Quod ad opus seligendus, videlicet ad testandum, id est, passim publicè iue prædicandum, & testandam maximè resurrectionem. Discimus ergo Apostolicum esse prædicare. Viderint ergo successores num vocationi suæ rectè responderint, discimus præterea prædicandum solum Christum, cuius summum ad salutem opus resurrectio: cætera enim Christi opera vel ad eam tendunt, vel ex ea suam vim accipiunt. Viderint ergo nugatores, de quibus Psal. 118. ait: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.

2 Habes hic quomodo peracta sit hæc electio, nimirum isto modo. 1. duorum segregatione, vbi obseruandum. In Iudæ locum fuit vnus tantum subrogandus, duos tamen sistit. Quòd non vnum sistunt, id fit propter Dei electionem, vt penes ipsum esset. Nam apostolica functio pender à solius Dei calculo: & quod non plures sistunt, id fit propter Apostolorum inquisitionem, quæ omnino debuit esse exactissima. Descendat ergo seligendo vsque ad binarium. 2. Inuocatione: egre gis scilicet documento, vt in alijs, sic in electionibus, & cum primis ministrorum, Dei simul indicationem & auxiliū implorandum.

3 Sorte, vt qua neque miraculū peteretur, nec humanum tamen quicquam vltra primam inquisitionem, & duorum segregationem ab Apostolis interponeretur. Hic habes in quæ fors incidit, iux Mathiã nẽpe, licet alter videretur fermè potior è quo vides quàm plerunq; Deº humiliora magis probet. Itẽ hic locū habet dictum Salomonis Proverb. 16. Sortes mittuntur in sinū, sed à Domino temperantur. Obseruabile igitur cum Apostolorum studium, qui pro teste & præcone Christi adeo sunt solliciti (dormitantibus interim aut persequentibus nostris prælatis & episcopis) tum & Dei iudicium, qui vt plurimum viliora respicit: & Mathiæ obsequium, qui vocanti Domino obtemperat. Feruamus quæso nos similiter, & humiliemus nos, & talem segregationem, si & nos vocemur, celeberrimam beatissimamque iudicemus, strenuè laboremus Domino, cui sit omnis honor.

3 Sorte, vt qua neque miraculū peteretur, nec humanum tamen quicquam vltra primam inquisitionem, & duorum segregationem ab Apostolis interponeretur. Hic habes in quæ fors incidit, iux Mathiã nẽpe, licet alter videretur fermè potior è quo vides quàm plerunq; Deº humiliora magis probet. Itẽ hic locū habet dictum Salomonis Proverb. 16. Sortes mittuntur in sinū, sed à Domino temperantur. Obseruabile igitur cum Apostolorum studium, qui pro teste & præcone Christi adeo sunt solliciti (dormitantibus interim aut persequentibus nostris prælatis & episcopis) tum & Dei iudicium, qui vt plurimum viliora respicit: & Mathiæ obsequium, qui vocanti Domino obtemperat. Feruamus quæso nos similiter, & humiliemus nos, & talem segregationem, si & nos vocemur, celeberrimam beatissimamque iudicemus, strenuè laboremus Domino, cui sit omnis honor.

3 Hic habes in quæ fors incidit, iux Mathiã nẽpe, licet alter videretur fermè potior è quo vides quàm plerunq; Deº humiliora magis probet. Itẽ hic locū habet dictum Salomonis Proverb. 16. Sortes mittuntur in sinū, sed à Domino temperantur. Obseruabile igitur cum Apostolorum studium, qui pro teste & præcone Christi adeo sunt solliciti (dormitantibus interim aut persequentibus nostris prælatis & episcopis) tum & Dei iudicium, qui vt plurimum viliora respicit: & Mathiæ obsequium, qui vocanti Domino obtemperat. Feruamus quæso nos similiter, & humiliemus nos, & talem segregationem, si & nos vocemur, celeberrimam beatissimamque iudicemus, strenuè laboremus Domino, cui sit omnis honor.

Obseruabile igitur cum Apostolorum studium, qui pro teste & præcone Christi adeo sunt solliciti (dormitantibus interim aut persequentibus nostris prælatis & episcopis) tum & Dei iudicium, qui vt plurimum viliora respicit: & Mathiæ obsequium, qui vocanti Domino obtemperat. Feruamus quæso nos similiter, & humiliemus nos, & talem segregationem, si & nos vocemur, celeberrimam beatissimamque iudicemus, strenuè laboremus Domino, cui sit omnis honor.

E P I L O G V S.

1 Petras instaurari vult numerum 4º apostolorū, cõpertum habēs eundē variè præfigurati: verbi gratia. In 12. filiis Iacob patriarchis. Gen. 42. Rursum in 12. fontibº è quibº, Dei populus ab Ægyptia seruitute liberatus, ad præmissam per desertū tendens hereditatē, bibēs refecillus est, Numer.

Num. 33. Item in 12. lapidibus pretiosis in vestimento summi sacerdotis. Exod. 28. In 12. quoq; exploratoribus in terrā promissæ hereditatis in vet. le. à Mose ad explorandū destinatis, Num. 13. Nimirum hoc etiã satagens, vt suorū & factorum & dictorum testes essent per orbē terrarum, qui fuerāt et assidui, domestici et cõuictores. Si quidẽ hoc ipsis prædixerat de resurrectione sua loquēs. Act. 1. Vos eritis mihi testes in Ierusalem, &c. 2. Iudas non electione aeterna, sed nomine solo Apostolus, vnde impius in magistrum & Apostata extra collegiū Apostolicum fuisse narratur. 3. Laudabilis hic electionis modus in Ecclesia obseruandus: qui est supplicare Domino precari, vt ipse quem elegeris, ostendere dignetur, item nihil tribuere affectibus humanis in similibus electionibus.

I N F E R I I S E I V S D E M A B O S T O L I

E V A N G E L I V M.

Matth. 11

IN illo tempore: Respondens Iesus dixit, Confiteor tibi Pater Domine celi & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit filium, nisi Pater: ne Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, et discite à me, quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauē est, et onus meum leue.

IN hoc Euangelio Christus facit quatuor. Primò exultat in Spiritu sancto: vt doceat præter lætitiã carnis aliã esse multò excellentiorem, scilicet, lætitiã spiritus: de illa ait Christus, Luc. 6. Væ vobis qui nunc ridetis. Et Ioan. 16. Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū, Hæc lætitiã est vana, & plerunque Deo inuisa, quã omnes Christiani, quantum possint, debent vitare. Est lætitiã spiritus, qua Christiani exultāt in Domino, hæc Christus exultauit, hæc exultauit Maria, Luc. 1. cū diceret, Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, nō in mūdo, nō carne, sed in Deo. Ita sunt gauisi magi inuēto puero, Matth. 2. & discipuli viso Domino, Ioan. 20. Hæc & nos exultemus, Phil. 4. Hoc exēplo etiã nos instruit, si quid scilicet cesserit nobis conatibus, exultemus nō humano affectu, sed gaudio spirituali: nō nobis arrogantes vllam gloriam, sed gaudentes illustrari gloriam Dei gaudentes de profectu proximi. Fructus enim spiritus, gaudiū, pax, charitas, 2. Ioan. 1. Maiorē horū non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare, & Apost. 2. Corinth 9. Gratias ago Deo super inenarrabili doni eius Charitas siquidem congaudet veritati. 1. Cor. 13.

2. Gratias agit Patri, quòd sacramēta sua abscondit a mūdi

Luc. 10.

Lætitiã carnis vana.

Lætitiã spiritus Christianos de-

cet. Gaudendū de illustratione gloriæ Dei, et de profectu proximi.

Sapientia et prudentia Pharisæorum et scribarum arrogas et vana. Prudentia nostrorum hominum seculi huius iumida.

Paruuli qui fuere et sunt.

sapientibus & prudentibus, & reuelarit ea paruulis. Sapientes & prudentes tum erant Pharisæi, Scribæ, Sacerdotes, Leuitæ, Seniores populi & principes. Hi adeo tumebant, vt sola cognitione legis omnia sacramenta tam diuina quam humana cõprehendere se posse arbitrarentur. Hi quoque viribus suis freti censebant hanc legis cognitionem sibi abunde sufficere ad implenda præcepta Dei, & ad salutem consequendam, etiã sine auxilio gratiæ Christi, quod eis cum superioribus illis cõmune erat. Sunt & hoc nostro seculo tales, qui sapientia sua adeo nituntur & fidunt, vt nõ vereantur reliquos omnes tanquam pecudes impudenter præ se contemnere, & somnia sua velut cælestia oracula pro Dei verbo adorãda proponere: qui inquam, solenne habent inter pocula, vbi mero incaluerint, disputare de verbo Dei, de Euangelio, de Ecclesia, de quæ sacramentis Christi. Iis tantum acquiescunt quæ ipsorum iudicio recipienda sunt: at sancti spiritus per Ecclesiam suam dictantis sententiam petulanter cõtemnant, quibus dicitur, Isai. 5. Vt qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vosmetipsis prudentes, de quibus Iob 5. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Quos pater rejicit, Nam hi sunt prudentes, sapientesque apud semetipsos, sicut ostensum est ex Isaiã, de quibus 1. Corinth. 1. Perdã sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

Paruuli tum erant, beata virgo, Apostoli, ac reliqui discipuli: Hi nihil se scire, nihil præstare posse agnoscebant, nisi quæ Deus per Christum ipsis daret, vt scirent ac possent. Sunt & hoc nostro seculo tales, qui de se non ita sublimiter sentiunt, sed humiliter: suamque prudentiam & sapientiam non magni faciunt. Nec nouam confingunt doctrinam, sed eam quã Spiritus sanctus Ecclesiæ suæ humili reuelauit, retinent & sequuntur. Solum Deum plenè perfecteque iudicant sapientem atque prudentem, qui sapientiam præstat paruulis. Psal. 18 Quos pater acceptat. Nam hi sunt paruuli, pauperes, simplices, qui nihil sciunt, nec sapere præsumunt, nisi ea quæ pater reuelauit suæ Ecclesiæ. Isa. 66. Ad quem respiciam, &c. Item Iaco. 4. & 1. Pet. 5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Sicut Christus tunc exultauit in spiritu, & gratias egit patri, quod mysteria suæ incarnationis reuelasset paruulis, scilicet Mariæ virgini sanctissimæ, Ioseph, Simeoni, Annæ, Apostolis, discipulis qui erant pauperes spiritu, & abscondisset à sapientibus ac prudentibus Ierosolymitanis, ac Philosophis Atheniënsibus: ita & modo multo perfectius lætatur, quod eadẽ ratione sacramenta suæ religionis quibusdã pauperibus, neglectis suæ bis, reuelat Quod sic accipi nõ debet, quod gaudet Christi-

Christus & gratias agat de sapientium excæcatione, de qua contristabatur Marc. 3. sed de paruulorum illuminatione. Sic Apostolus Rom. 6. Gratias Deo, quia fuistis serui peccati, obediistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi estis.

Si igitur volumus Deum in dies magis ac magis sua mysteria nobis reuelare, ponamus supercilium: & nos nihil scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, nobis habeamus persuasum, 1. Corinth. 2.

Facti huius æquitatem Dominus paternæ voluntatis iudicio confirmat, vt qui dedignantur paruuli in Deo fieri, stulti deinceps in sua sapientia fiant. Sic enim diuino placuit cõsilio, humanam damnare sapientiam, & per humilitatem Euangelicæ doctrinæ bonos ad se trahere. Ita pater, inquit quoniam sic placitum fuit ante te. Quibus etiam verbis Christi exemplum humilitatis accipimus, ne temerè discurrere superna consilia de aliorum vocatione, aliorumve repulsione præsumamus. Iniustum esse non potest, quod placuit iusto. In cunctis ergo quæ exteriùs disponuntur, aperta causa rationis est occulte iustitia voluntatis. Hinc Augustinus: Quem trahat, quem non trahat, cur istum trahat, & illum non, noli diiudicare, si non vis errare. Nunquam ab hominibus discutienda consilia Dei in operibus eius, quid fecit, qua ratione sic fecit: sed quomodocunque rem suam voluit ordinare, gratias agens, sufficiat tibi ad testimonium ipsa Dei natura: quia Deus sine ratione, sine iustitia nihil facit. Non enim iudicem te esse voluit actuum suorum, sed seruum præceptorum suorum. Boni enim domini est, omnia providere quæ ad vtilitatem pertinent serui: boni autem serui est, fideliter operari, & non discurrere Domini sui actus. Ecclesiast. 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Nam Prouer. 25. dicitur: Sicut qui mellis multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.

3 Loquitur de seipso, & ostendit quis sit, & quid de ipso sit nobis sentiendum cum ait: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ex his verbis Christi habemus duplicem consolationem. Alteram, quod agnoscamus Dominum nostrum Iesum Christum esse verè omnipotentem, qui omnia habeat in sua potestate, tam cælestia quàm mundana: De quo dicebat duo illi discipuli qui ibant in Emaus, quod esset vir potens in opere & sermone, Luc. 24. Hic poterit nos ab omnibus inimicis nostris liberare. Sic enim ait Dominus, Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, sic etiã dicebant homines,

Gratias nõ agit, nec gaudet Christus de sapientium excæcatione, sed de paruulorũ illuminatione.

Beneplacitum diuini consilij.

Cõsilia dei in operibus eius nõquã ab hominibus discutienda: Deus sine ratione & sine iustitia nihil facit.

Consolatio duplex. Christus est verè omnipotens, omnia habens in sua potestate tam cælestia quam mundana.

*Iesus Christus sum-
mus doctor
qui nihil
ignorat,
qui potest
nos omnia
ad salutem
necessaria
docere.*

*Consolatio
fidelium in
tribulatio-
nibus.*

*Nosse pa-
trē quid sit*

*Nosse filiū
quid sit.*

*Laborātes
& onerati
qui sint.*

*2. Reg. 14.
& 18.
Genes. 45.
& 50.*

Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? Matth. 8. Alteram quod agnoscamus Dominum nostrum Iesum Christum summum doctorem, qui nihil ignorat, qui poterit nos omnia quæ ad salutem sunt necessaria, docere: atque patrem, qui est principium, fons, & scaturigo nostræ salutis, nobis monstrare. Qui non foris tantum docet ut reliqui magistri: sed intus corda instruit, tanquam verus author utriusque hominis. Qui solus in notitiam patris nos perducere potest. Sic enim Pharisei loquebantur de eo: Quis est hic qui peccata dimittit? Luc. 7. Et Christus ipse sic ait, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, Ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

His consolationibus longè suauissimis confirmantur catholici in obsequio fidei, & accenduntur in amore mandatorum Dei. Nihil enim ita corda fidelium confirmabit in varijs tentationibus, nec suauius consolabitur in cunctis calamitatibus, quàm scire se in eum Deum credere, qui potes sit nos liberare. Omnia, inquit, mihi tradita sunt à patre meo, &c. Nam ipse pater dedit eum caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, Ephe. 1. Hinc influit membrum vitæ. Ioan. 5. Sicut enim pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat.

Nosse patrem, est metuere ut Deum: diligere ut patrem, & affici, Malach. 1. Et tali modo reuelat filius patrem. Ioan. 17. Pater iuste, & cætera, notum feci eis nomen tuum, &c. Item, Pater, manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Et Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis, &c. Filium nosse, est in eum credere, & imitari. Nam ut filius imago est patris, sic & nos imaginem filij debemus portare. Rom. 8. & 1. Corinth. 15. Et hoc opus est patris. Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum. Et Matth. 16. Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis, &c.

4 Loquitur Christus cum peccatoribus: & vocat ad se omnes afflictas conscientias: ut ipsas consoletur, & ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Sunt autem laborantes & onerati, qui peccata sua sentiunt & agnoscunt, sibiq; ab ira Dei, morte & inferis timēt, & ob id turbatam habent conscientiam, summis tamen votis auxilium à Deo expectant. His qui ita laborant, & onerati sunt, dicit Christus: Venite ad me omnes: ne curratis ad alios, non ad Phariseos, nec ad Leuitas, non ad reliquam turbam Iudæorum, qui imponunt vobis opera graua & importabilia, quiq; vos tristiores quàm accessistis, dimittunt. Ad me festinate, ego solus (non Moses) sum vester saluator, pater, frater, dominus, magister. Clementior ero quàm Dauid erga Absalon, aut Ioseph erga fratres suos. Ad me venite omnes: non hic vel ille, sed omnes qui curis, doloribus,

bus, peccatis laboratis: non quia glorificari me à vobis opus est mihi, sed quia salutem omnium sitio, omnes suscipiam. Summatim indicat se venisse propriè, ut leuet quotquot ex ipso sperant peccati vel conscientie vel cuiuscunque mali remedium.

Tollite iugum meum super vos. Est autem duplex iugum. Alter utrum spiritus seruitutis peccati, & afflictæ conscientie, de quo Psal. 37. agitur: Iniquitates meæ sicut opus graue grauata sunt super me. Hoc iugum, ait Christus, à vobis tollam, tollam spiritum seruitutis in timore, tollam cæremonialia illa præcepta graua & importabilia, tollam maledictionem transgressoribus legis positam. Quod etiam Apostolus testatur, Galat. 3. dicens: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. De onere aut iugo peccatorum quod venit Christus auferre, dictum est Isa. 10. Et erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei. Hoc in Christo impletum testatus est Petrus. 1. eiusdē. 2. cap. Qui peccata nostra, inquit, ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Alterum autem iugum est Euangelij & gratiæ. De hoc ait Christus: Dabo vobis iugum Euangelij, spiritum adoptionis & gratiæ, qua impleatis mandata: & sit suaue, quod fuerat in lege durum & acerbum. Hinc 1. Ioan. 5. dicitur, Mandata eius graua non sunt, imò dulciora super mel & fauum, Psal. 118.

Iugum primum fuit Moysi, de quo dicit Petrus, Act. 15. Ut quid tentatis Deum, ponentes iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neq; patres nostri portare potuimus? Dicit quoque de eodem Paulus, Galat. 5. Nolite iterum iugo seruitutis contineri. Illud iugum Christus dirupit, nostrisq; ceruicibus excussit, Galat. 3. & 4. Secundum fuit Christi, & de illo dicit Christus, Matth. 11. Iugum meum suaue est, & onus meum leue: Hoc nobis ipse imposuit, & ut facilius ipsum feramus, nobiscum & ipse collum submittit ac gestat. Exemplum, inquit, dedi vobis: ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, Ioan. 13.

Quid commodi accessurum sit ijs qui iugum Christi portauerint, docet Dominus cum ait: Et inuenietis requiem animabus vestris. Nam Christianus non debet requiem animæ aut in hac vita aut in rebus temporalibus quærere, cum hic permixta sit multis curis & anxietatibus. Nam risus dolore miscetur, & extremum gaudij luctus occupat. Nec est quærenda requies carnis, quæ est voluptuosa. Miseros iudicemus eos qui in hac vita requiem suam quærunt, dicentes: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Sed ut ait Paulus 1. Corinth. 15. Corrum-

*Indicat
Christus
cur propriè
venerit.*

*Iugum
duplex.*

*Deut. 7.
Hebr. 10.*

*Iugum
Euangelij
& gratiæ.*

*Iugum Moysi
Christus
dirupit,
nostrisque
ceruicibus
excussit, et
suum nobis
imposuit.*

*Communit
Christi iugum por-
tantium.*

*Miseri in-
diti sunt
qui in hac*

vita re-
quie suam
querunt.
Iugū Chri-
sti duabus
virtutibus
se finit ge-
stari, man-
suetudine
& bēni-
tate.

1. Reg. 24.
2. Reg. 18.

Ratio cur
iugū Mōsi
Iudæis du-
rum, Chri-
sti verò, no-
bis sit sua-
ue, datur
ab Apo-
stolo.

Amorem
nia seua
& imma-
nia, pror-
sus facilia,
& præpe-
nulla facit.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Et discite à me quòd mitis sum, & humilis corde. Si quis roget, quomodo iugum hoc Euangelij sit ferendum, Christus respondet, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Iugū enim Christi his duabus virtutibus se finit gestari, mansuetudine, & humilitate. Ita Moses incredibili suauitate pondus huius iugū sustinuit, Num. 12. Ita David eximiam mansuetudinem erga Saul & alios inimicos suos ostendit, quando nec in spelunca, nec in castris dormientem, cum in manu haberet, ipsum confodere voluit. Item erga Absalon, quem sibi asseruari iusserat in prælio. Ita Christus singulari mansuetudine tulit crucem, iniurias, passionem ac mortem: adeo vt pro crucifixoribus orauerit. Ita Paulus erga Iudæos capitales hostes, Rom. 9. Idcirco scriptura de Mose ait: Erat Moses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur super terram, Num. 12. De Dauide ait, Memerto Domine David, & omnis mansuetudinis eius, Psal. 131. De Christo ait: Tanquam ouis ad occisionem ductus, & sicut agnus coram tondere obmutescet, Isa. 53. Paulus quoque ait: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et, Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos, 2. Corinth. 11. & 1. Corinth. 9.

Quæ sit ratio quare iugum Mōsi Iudæis durum, Christi vero sit suaue nobis: respondet Paulus 2. Timoth. 1. Non dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis. Quia Iudæi non habebant spiritum virtutis atque dilectionis, sed tantum spiritum feruitutis & timoris: ideo erat illis durum iugum Mōsi. Nos vero quia habemus spiritum virtutis, dilectionis & gratiæ, qua possimus implere præcepta, ideo iugum est suaue.

Nos igitur qui sumus vocati, qui Christum sequimur, & ipsi nomen dedimus, imitemur eundem Christum, heroicis ipsius virtutibus animas nostras exornantes. Quod si hoc arduum videtur, imitemur Mosen, David, Paulum, qui homines fuerunt miseri ac peccatores, sicuti nos. Quod si omnia seua & immania, prorsus facilia & prope nulla facit amor, quemadmodum patuit in Iacob, Genes. 29. cui videbantur in seruiendo & alijs septē annis pro Rachel, dies pauci præ amoris magnitudine: quid non molle & commodum & leue ipsis videbitur, qui toto pectore fidunt bonitati diuinæ, qui que conceperunt ignem charitatis Euangelicæ? Roma. 8. Quis nos separabit à charitate Dei, &c. Quemcunque enim verè gustus ille celestium occupauerit, huic nausea erit omnis transitoria voluptas, huic facile ferre iugum Domini. Simus quoque mites & humiles corde, vt benedictio mitibus à Christo promissa, Matth. 5. nobis contingat.

EPILO-

EPILOGVS.

1. Christus gratias agit, & exultat in patre, quòd Apostolis sui aduētus aperuerit sacramenta, quæ ignorauerunt scribæ et pharisæi qui sibi sapientes videntur, & in in conspectu suo prudentes. Scriptum est, ait Apostolus 1. Cor. 1. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Isa. 29.
Abdia. 1.

2. Aequalitate nature nemo nouit filiū, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius: sed reuelatis dignatione nobis filius per patrem, et pater per filium reuelatur & innotescit vt cognoscamus ex parte. 1. Corint. 11.

3. Clementia & comitas benignissimi Iesu erga fideles omnes inuitatis vt ad se veniamus. Nō vult autē mortē peccatoris, sed magis vt &c. 1. Reg. 32. Qui locus hic non de oratione aut intercessione sanctorum est intelligendus: sed de onere legis in qua nulla quies aut cōsolatio est, & de labore ethnica tenebrarum est accipiendus. Locus quē elegit Christus vt ibi inueniatur, est ecclesia in hac iugum domini suaue: quoniam (vt Theophilactus ait) omnia propter futurā retributionem leuia. Item ecclesia nō vrget nolentes, quem admodum Moses, sed ducit viro sequentes, hoc est, volentes. Sanctæ libertatis ductu primitiua Ecclesia (vt exemplis agam) gaudens verbera sustinuit synagogæ, Act. 5.

I N F E S T O C O N C E P T I O N I S C H R I - S T I, S I V E A N N V N T I A T I O N I S

Mariz, Epistola,

Locus est Dominus ad Achaz, dicens, Pete tibi signū à Domino deo tuo in profundū inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petiā & nō tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus David: Num quid parum vobis est molestes esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet et pariet filium, & vocabitur nomen eius Immanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Isa. 7.

Vaticinij huius occasio ita habet: Cum reges Syriæ & Israhel altera vice cōtra Achaz proficiscerētur, & qui prius vicerant, etiam tunc victuri viderētur, ac proinde populus trepidaret, & rex Assyrium vocaturus esset, missus est Propheta, qui populum atque regē solaretur. Ordo ergo vaticinij ita habet: Primo promittitur liberatio ab viroque hoste, indicata & hostium eorundem leuitate, quod non nisi titiones sint: & interitu, quod per breui nihil sint futuri: indicato etiam vincendi modo, vt externæ opi valedicant, neque confidant, & diuinæ opi placidè acquiescant. Sed hanc promissionem reiecit Achaz metu hominum obitat enim ei prior sua clades, hostilis vis, civilis ratio defendendi, & mala sua conscientia. Pergit igitur Propheta ad secundum membrum, id est, signum.

2. Offert signum, idque partim solito Dei more, quo cum verbo iungitur, ita enim solet Deus facere propter fidē nostrā confir-

Promissio
liberationis
ab hostibus
Achaz fa-
cta
Promissio-
nis reie-
ctio.
Signum of-
fertur regi
Achaz.

confir-

confirmandam, ne vacillet, aut succumbat: coercendam, ne vagetur, & vana speculatione euanescat: & eandem exercendam, ne torpescat, utque sensibus tepugnare discat. Partim singulari modo offert signum, quod regi libertas eligendi qualescunque vellet, seu cæleste seu terrestre relinquatur. Id quod miræ fuit bonitatis, cum per se, (nā propriè ut promissa, sic & signa pertinent ad solius Dei arbitrium) tum propter impiū regē, quo vix ullus fuit supersticiosior.

Ut promissa sic ei signa propriè pertinent ad solius Dei arbitrium. Deuter. 6. Achaz æquè signū respuit ut promissionem.

Sed mutatur istud signū. Nam & Achaz æquè illud respuit ut promissionē, licet alio (ut præterdit) metu, Dei nēpe, ne quid Deum tentet. Mouebatur igitur prius rationis ductu, hic scriptura quasi impeditur. Adeo prudens atque sanctus est hypocrita: interea tamen multipliciter peccat. Nam & Deum repugnando tentat, minimè tentaturus obsequendo, & prophetam quoque falsitatis ac impietatis propè arguit.

Vnde Isaias propter impiam regis recusationē variare illud cogitur: idque eo pacto. Primò taxat regem & cōiunctos propter incredulitatem, eos nec Dauidico sanguini respondere, nec prophetis, ut quos homines solū non ministros putent credere, neque ipsi Deo fidem adhibere.

Promittitur Messias ex virgine nasciturus, cuius incarnatio signū profundum et excelsum fuit.

Secundo subiicit aliud multo maius signum: idque his de causis. 1. Ut cum impij nolint, pijs tamen liberationis signum proferat. 2. Ut eius liberationis causam eorundem meritis detrahatur. 3. Ut causam omnium Dei beneficiorum erga populū indicet. 4. Ut maximum beneficium, quodque maxime prædicandum, demonstret.

Ista serie subiicit aliud multo maius signum. Refert nanque de venturo Christo que ad hodiernū festum spectant. 1. Miram eius natiuitatē, quod è virgine nasciturus sit. Nā vocē Haalmach, virginem denotare constat. 1. Ex vocabuli etymologia & communi vsu. Dicitur enim à cælando & claudendo: & pro virgine manifestè sumitur, Genes. 24. Exod. 2. 2. Ex prophætæ cōsilio. qui miraculosi, non consueti partus meminit.

Partus Immanuelis miraculosus.

3. Ex imposito nomine. Patrum enim erat dare liberis nomina. hic cum mater det, indicium est quod proles sit terreno patre caritura, hucque angelus Luc. 1. spectat.

4. Ex vetustis promissionibus, ut quæ factæ sunt Adamo de mulieris semine, Gen. 3. Abrahamo de benedicto, id est separato seu virgineo semine, Gen. 12. & 22. Nam cōiuncta semina mox reatum quoque conferunt.

Vox Immanuel quid doceat.

2. Refert miram naturarum vniōnem. Vox Immanuel docet ipsum Deum fore atque hominem, licet hoc non tātum ad naturam, sed officium quoque pertinet, quod & Deum nobis patefaciat atque reconciliet, & nos suo merito, spiritu, patrocinio, tandem etiam gloria seu felicitate sua donet.

3. Re-

3. Refert educationē, qua & victu & progressu intelligentiæ quantum ad humanitatem nobis similis sit futurus. Luc. 2. *Educatio Immanuelis.*
His expositis, ne languescant tamē pii propter moram temporis, addit etiam de præsentis tēporis mitigatione, antequam puer (indefinitè loquēs) ad discretionis annos veniat, perituros ambos reges. Idque sic factum est. Nam Assyrius, eo ipso anno Syrum sustulit, Israël's verò rex intra octo annos obiit.

DOCTRINA.

Nos hypocriti profligata hinc discamus. Dei promissionibus fidere, & signa ut adminicula magnificere: utque pii veteris Testamenti, primi Christi aduentus cogitatione se in omnibus discriminibus crexerunt; ita nos eiusdem fructu, & postremi expectatione consolemur.

EPILOGVS.

1. *Rasin rex Syriæ, & Phæce rex Israël, excitantur contra Achaz & Ierusalem. Erat diuersa religio, tamen conuenerunt in hoc, ut regem persequerentur Iuda. sic namque solet malo contra malum uti Deus, tyrannum impium tyranno impio puniendo: sed electorum paucorum amore pepercit Deus regi Achaz & multitudini.*

2. *Admonetur Achaz credere in promissum à Deo auxiliū, & huius promissionis signum querere, sed impijs neque excusatio, neque scriptura deest.*

3. *Promittitur Christus Messias ex virgine nasciturus citra viri operam: cuius incarnatio signum profundum & excelsum fuit. Eius quoque natura seu substantia describitur, quod nēpe futurus esset duplicis nature, humane & diuine. Iuxta humanam quidem, Immanuel, hoc est, nobiscum, seu duplicem nostre substantie: iuxta verò diuinam, El, hoc est, Deus verus. Iuxta humanitatem comesturus erat butyrum & mel, hoc est, futurus nō homo pbā naturalis, sed verus, naturalis, essentialis, corporalis, certus, humanis necessitatibus obnoxius per omnia. Iuxta diuinitatem verò & in huius verissimum argumentum, sciurus erat (in ipsa statim infantia) bonum & malum: quod certè nemo hominum (præter hunc) vel nunquam potuit, vel etiamnum potest, contra Iudeorum & hereticorum peruersitatem.*

I N F E S T O E O D E M

EVANGELIUM.

In mēse autē sexto missus est Angelus, Gabriel à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad virginē desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo David: & nomē virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit, Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista saluatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiā apud Deū. Ecce concipies in utero & paries filiū: et vocabis nomē eius IESVM. Hic erit magnus: & filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regnū eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet istud? *Luce 1.*

Gg

quoniam

quoniam virū nō cognosco. Et respondens Angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbū. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Historia huius Euangelij complectitur tria. Primò, initium salutis humanæ, nempe, incarnationis Christi. Vbi consideranda sunt septem. 1. Tempus annuntiationis, cū ait: *In mense sexto*, à conceptione Ioannis Baptistæ. Nam de Messia vaticinatum erat, veturum illum tempore ablati à Iudæis sceptri, & venturum quidem statim post Angelum præcursores, Gen. 49. Malach. 3.

2. Nomen angeli, cū ait, *Missus est angelus Gabriel*, qui fortitudo Dei dicitur, quia illum annuntiabat, de quo Psal. 23. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio: illo nimirum prælio, quo potestates æthereas debellare, & ab earum tyrannide mundum veniebat eripere. Luc. 11. Ioan. 12. 3. *A quo missus sit angelus*, cū ait: *A Deo*, immediatè, non ab alio angelo, quem admodum Zacha. 2. Curre, inquit angelus alteri angelo, loquere ad puerum istum. Sic Dan 8. Audiui vocem viri in via: Gabriel, fac istum intelligere visionem. Auctor namque huius negotij fuit Deus, is enim angelum misit è cælo, qui & conceptionem ipsam & conceptionis modum annuntiaret, sicq; impleretur quod dominus promiserat, nempe, domui David daturum signum, Isa. 7. 4. Ad quam prouinciam & ciuitatem, cū ait, *In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth*. Non ad Romam urbem primariam, totūq; orbis dominam: in qua erant principes potentissimi: non ad Athenas, vbi erant viri sapientissimi, ac philosophi clarissimi: non ad Ierusalem, vbi erant viri religiosissimi, sed ad Nazareth ciuitatem Galilææ paruam & despectam, Ioan. 7. vt conuincat Dominus se non querere, sed contemnere mundana: vtq; doceat se semper requiescere super humilem & pauperulum, & tremens sermones eius, Ignobilia enim mundi & cōtemptibilia elegit Deus. 1. Cor. 1. Isaia 66. Quod etiam sine altera causa factum non est. nam

& inde certum est, conceptum illum foetum Messiam esse: quod, scilicet, prædictum sit, in Galilæa omnium primo lucem magnam (hoc est Messiam) exorituram, & Messiam vocandum esse Nazareum, Isa. 11. 5. *Ad quam personam*, cū ait, *Ad virginem desponsatam*. Virginem carne, virginem mente & professione, virginem qualem describit Apostolus. 1. Corin. 7. Mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Virginem, inquam, quæ non regi alicui magnifico,

fico, nec sacerdoti summo, nupserat, sed fabro lignario. 6. Ad quem virum, cū ait, *Viro desponsatā cui nomen erat Ioseph, de domo David*. Quod non sic debet accipi, quod matrimoniali actu vfa sit, sicut reliqui coniuges. Sed oportebat Mariam habere virum, qui testis esset integritatis ipsius certissimus, & nati ex ea Domini & Saluatoris nostri esset nutritius fidelissimus, quique pro eo paruulo secundum legem hostias ad templum deferret, & eum instante persecutionis articulo, quando scilicet Herodes quæretet hædum paruulū Christum contra legē, Exod. 34. in lacte matris suæ coquere, in Aegyptum cum matre deferret ac referret, aliāque illi plura quæ assumptæ humanitatis fragilitas poscebat, necessaria ministraret, & contra legis transgressionem testimonium ferret. Non decuit, inquit Ambrosius, virginibus sinistra opinione viuētib; velamen excusationis relinquere, quod infamata mater domini fuisset. Oportebat hoc etiam, vt per Ioseph generationis Christi series texeretur (vt vult Hieronymus) qui fuit de domo David, quemadmodum virgo. Nam viri suæ tribus foeminis iungebatur, præsertim in hæreditate paterna succedentibus, Num. 36. Et ne res non congrueret prophetiæ, quæ Messiam promiserat ex genere David regis. Rom. 1. *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem*. 7. *Nomen virginis*, cū ait, *Maria*: quæ maris stella dicitur, quia luce à se procedente mundum illustrauit. Dicitur & amarum mare, quia suam ipsius animam gladius doloris pertransiuit, Luc. 2. Sic & domina, quia regem regum, & dominum dominantium nobis peperit, Apo. 19. Item exaltata, quia respiciens humilitatem ancillæ suæ, eam exaltauit supra omnes mulieres. Quam delegit Deus, ne quid in hoc cælesti negotio sibi mundus vindicaret.

Quod autem Lucas hanc historiam tot verbis ac circumstantijs describat, non temerè facit. Si enim in ciuilibus causis tam serio agitur, vt notarij adhibeantur, qui locum, tempus, & personas literis mandant, traduntur libelli, & appenduntur sigilla, vt fides habeatur: quanto magis hoc debuit fieri in causa tam ardua, nēpe, in incarnatione Christi, vt nos de promissionibus Dei certos redderet, & hæreticorum subsequētiū hæreses, ac Iudzorum obstinationem conuinceret?

2. Secundo complectitur præsens historia nuntium angeli: quo aggreditur virginem Mariam, & eam comiter salutat, cū dicit: *Ingressus angelus ad eam*. Vbi secretò patrem orabat, clauso (vt dicit Bernardus) ostio, quemadmodum postea filius docuit Mat. 6. Quibus verbis Lucas voluit nobis commendare virginis mores castissimos, vt quæ non, vti vulgus virginum solet (sicut de Dina legimus Gen. 34.) per compita & theatra vagata sit, fractoque gradu discurreat, sed in ædibus paternis occlu-

Tempus
Annuntia-
tionis mē-
sis sextus à
Ioannis cō-
ceptione.
Gabriel for-
titudo Dei.

Author in-
carnatio-
nis Christi
Deus.

Locus con-
ceptionis
Christi hu-
milis &
despectus.

Christus
oraculo I-
saiæ Mes-
sias esse cō-
uincitur,

quod præ-
dixerit eū
vocandum
esse Naza-
reum.

Maria tri-
plici ratiōe
virgo fuit.

Maria vir-
go cur de-
sponsata
viro.

Maria
quid inter-
pretetur.

Maria ma-
ribus castis-
sima, &
secretiorū
lacorum
amatrix.

*Angeli delectantur
astare orantibus, &
ijs qui puras manus
eleuant ad Deum.
Maria gratiosa.*

Maria quomodo gratia plena.

Dominus non tantum potentia, sed etiam gratia & alijs donis spiritualibus cum Maria.

Maria quibus rationibus pra alijs mulieribus benedicta.

sa fuerit. imo sese vltro incluserit, ibiq; rebus sacris & honestis exercuerit sese, propheticasque lectiones euoluerit. Et taliter orantibus solent astare angeli, & delectari in ijs quos videt puras manus leuare in oratione. Paret in Zacharia, cui angelus apparuit stans a dextris altaris in caeli, Luc. 1. & in Cornelio Centurione, Act. 10. Quantum autem Mariae placuerint orationes Domino, angelus indicat, qui tam reuerenter eam salutauit dicens, *Aue gratia plena.* Aue, hoc est, salue, seu gaude Maria. Mox addit, *Gratia plena,* hoc est, dilecta, gratiosa, fauorabilis, plurimum consecuta gratiae, vniceq; a Deo in gratiam recepta. Apertissimum quippe erat, vt gaudii vocabulo salutareretur, quae vere voluptatis authorem erat conceptura: & gratiae vocabulo compellaretur, quae Iesum erat paritura salutaris gratiae principem & authorem. Nec dubium, quin pater caelestis filio suo vnigenito eximium & splendidissimum preparauerit tabernaculum. Sanctificauit namque tabernaculum suum altissimus. Magnifice ac splendide preparata fuerat arca illa vet. test. in qua manna reponeretur: quanto splendidius pretiosiusque oportebat esse tabernaculum, in quo panis ille vere caelestis reponendus fuerat? Neque tamen ipsa habebat plenitudinem gratiae, quam filius eius Christus, sed sufficientem habuit ad illum statum ad quem fuit electa, scilicet vt esset mater Dei. Sic Stephanus (Act. 6.) plenus dicitur gratia, quam sufficientem habuit, vt esset testis idoneus Christi. Sic & Apostoli, Act. 2. Christus autem super omnes, quia de plenitudine eius omnes nos accepimus, Ioan. 1. Caeteris ergo datur gratia per partes, Mariae autem tota se plenitudo gratiae infudit.

Dominus tecum. Hoc est, non tantum potentia, sed etiam clementia, gratia, fauore, & alijs donis spiritualibus. Non tantum filius tecum quem concipis, sed & dominus spiritus sanctus de quo concipis, & dominus pater tecum qui genuit quem concipis. Et ideo gratiosam te appello, quia Dominus tecum est, Dominus tibi fauet, Dominus te elegit. Proverb. 31. Multae filiae congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.

Benedicta tu in mulieribus. Hoc est, laudabilis pra omnibus mulieribus. q. d. Ideo Dominus tecum est, & tibi fauet, quia fauorem suum ergate in eo & per hoc declarat, quod tu es illa fortunata, beata, & laudata pra omnibus mulieribus virgo, de qua praenauerunt prophetae, quae paritura est semen illud benedictum, quod conterat caput serpentis, Genes. 3. quae conceptura & paritura sit Immanuelem Christum Domini, Isa. 7. Bernard. Benedicta tu inter mulieres, quae sola illam generalem maledictionem euasisti (Genes. 3.) In tristitia paries filios tuos: & nihilominus illam (Exod. 23.) Non erit infecunda nec sterilis in Israel, ac consecuta es benedictionem, vt nec sterilis maneas

maneas, nec cum dolore parturias. Vere benedicta, quae sine exemplo muliebris conditionis, cum decore virginitatis gauisa est honore parentis: quodq; virginem matrem decebat, Deum filium procreauit. Facta est enim mater benedicti seminis, veri Messiae. At quae maior benedictio poterat illi contingere? Laudamus veteris & noui testamenti mulieres sanctitate claras, sed vt huic aliquam illarum quis conferat, non patiemur.

Hac salutatione licet quadrifariam vt: vt scilicet, 1. inde dicamus nostrae salutis & redemptionis initium: cuius memoria tantò magis in gratiarum actionem nos excitabit, quato minus beneficium hoc operum nostrorum merito praestitum nobis fuit. 2. Vt videamus quantam gratiam Deus Mariae largitus sit, vt qui ipsam in matrem elegerit. 3. Vt tam gratuitis Dei beneficijs & operibus accendamus ad orandum Deum, vt & nobis vel scintillam diuinae gratiae imperciat. 4. Vt per mysteria quae hac salutatione angelica continentur, ipsam oremus vt pro nobis apud Iesum fructum ventris sui ad dominum Deum nostrum intercedere dignetur.

Ista quatuor valde sunt necessaria, quae intelligantur ab omnibus Christianis. Nam. 1. Nihil est in tota scriptura magis necessarium Christiano, quam mysterium incarnationis dominicae. 2. Videntes hanc gratiam virgini concessam propter humilitatem, eandem in spiritu sperabimus, si modo humiles fuerimus. 3. Qui tantam gratiam dedit virgini, aliquam dabit petentibus & inuocantibus in veritate, Psal. 144. 4. Nihil est quod magis Mariam delectet, quam pia angelicae huius salutationis recitatio.

Nemo ergo inuideat B. Mariae hanc laudem, nemo minuat. A caelo venit, per angelum venit, imo a Deo ipso venit hoc encomion, vt Maria virgo Nazarena benedicta dicatur inter & super omnes mulieres. Hanc laudem auxit sancta Elizabetha, Luc. 1. Hoc encomio nobilitauit eam illa mulier de turba, dicens, (Luc. 11.) Beatus venter qui te, o Iesu Christe, portauit: beata vbera quae suxisti. Si enim nunc sancta trinitas virginem Mariam hac salutatione dignata est alloqui: cur nos deirectemus eam iisdem verbis salutare? Canit enim ipsa, Respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Si haec verba sint implenda, oportet profecto esse qui eam laudibus euehant & ornent. Sed Iudaei, Turcae, Gentiles, Lutherani, & alij haeretici id non faciunt, quin iniurijs afficiunt: quomodo ergo erit verum, quod spiritum sanctum affirmat Lucas dixisse per os Mariae: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes? Quare nostri erit officij, vt nos qui catholicam religionem veram & antiquam retinemus, eam summis laudibus euehamus: inuocando eius fa-

Salutatione angelica quadrifariam vt licet.

Nihil in tota scriptura scitu magis necessarium, quam incarnationis domini cae mysterium.

Encomij Mariae excellentia.

Catholicorum officium est, Mariam summis laudibus euehere, &c.

uorem, petendo subsidium nostris calamitatibus leuandis intercessionem eius ardentius implorando: quodque ipsius animum mirifice in nos propensum reddet, diuinas eius virtutes imitando.

*Dialogus
Gabrielis & Mariae.*

3 Tertiò complectitur dialogismum angeli Gabrielis & virginis Mariae. Nam audito nuntio angeli, turbata est Maria à salutatione insolita, & cogitabat qualis esset ista salutio, rã excellens, inopinata & nusquam audita. In quibus verbis rursus commendantur nobis castissimi & nunquam satis laudati mores virginis benedictæ. Primùm, verecundia. Nam trepidare (vt Ambrosius inquit) virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, & omnes viri affatus vereri. Solent nanque virgines que

*Verecundia
Mariae.*

*Virgines verecundia
debet.*

verè virgines sunt, semper pauidæ, & nunquam esse securæ, & vt caueant timenda, etiam tuta pertimescere, scientes se in vasis fictilibus thesaurum portare pretiosum, & (vt rectè hoc in loco Bernardus ait) nimis arduum esse, viuere angelicè inter homines, & in terris more cælestium conuersari, & in carne cælibem agere vitam, Duplici ergo nomine turbata est Maria, & quòd videret angelum viri specie ingredientem, & quòd eius insolitam audiret salutationem. Deinde modestia, quia nihil respondit, sed tacuit, & audiuit. Nam ornat virgines silentium.

*Modestia
Mariae.*

*Virgines ornant
silentiū.*

Nimis loquacula, credula, & curiosula erat Eua, quare locum præbuit diabolo. Maria contrà non temere credidit, sed cogitauit & expendit apud sese, qualisnam esset ea salutio. Intellegebat enim salutationem singularem esse & aliquid continentem mysterii: cæterum quidnam illud esset, ignorabat. Si uir ergo, nec respondit quicquam: ea re etiam re omnibus virginibus atque matronis exemplum proferens prudentiæ singularis, & custodiæ virginitatis accuratissimæ. Prudentia quippe erat, quia cogitabat quanta esset salutio, spiritu discretionis ruminans quid prætenderet, quo tenderet, & cui esset exhibitura. Sciebat etiam prudens virgo, quod sæpe angelus satanæ transfiguret se in angelum lucis: ideoque vehementer anxiosa cogitabat qualis esset salutio.

*Prudentia
Mariae.*

*Mentes sanctæ quanto
magis laudibus extol-
luntur, tanto
magis timent, et hu-
milius de se
sentiunt.*

*Mors bonorum
angelorum
est consolati-
oni meticulo-
sas mentes.*

Et cum minima esset in oculis suis, ac laudabiliter pudorata vehementissimè de tanto suo præconio mirabatur: seque laudari ac cunctis præferri mulieribus erubuit atque obstupuit, eo utriusque amplius, quo minus tale quid suspicabatur aut sentiebat. Sanctæ enim mentes quanto magis laudibus extolluntur, tanto magis timent, & humilius de se sentiunt, iuxta illud Ecclesiastici. 3. Quanto maior es, humiliate in omnibus, &c. Sic Apostolus. 1. Corinth. 15. Non sum dignus vocari apostolus.

Sed angelus Mariam consolatur, vt moris est bonorum angelorum, vocans eam ex nomine:

Neti-

Ne timeas (inquit) *Maria, inuenisti gratiam apud Deum. Quasi diceret, Nuntius Dei sum, non diaboli, de salute generis humani, non perditione (vt serpens) venio tecum deliberaturus, nil est periculi.*

Quod appereo tibi, diuinum mandatum est, quod ago, diuinum negotium est, quod nuntio, diuina legatio est: nihil hic doli, nihil fallaciæ, non sum qui venio suffurari tibi adamatum thesaurum, non sum homo, sed spiritus. Inuenisti gratiam apud Deum. Præ omnibus aliis te elegit ad negotium, quod omnia alia ipsius miracula excedit. Tu es amica illa singularis, speciosa & vnica columba cælestis sponsi, cuius rex concupiuit speciem. Tu arca noui testamenti, quæ alteram columbam emisura es, ramum oliuæ toti mundo adferentem, (Bernardus) Dei & hominum pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem. Hæc est, inquit, gratia quam inuenisti, sed apud Deum, nam apud mundum gratia fallax, Prouer. 31. Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Deum, ipsa saluabitur

*Gratia
quam Ma-
ria reperit
quæ sit.*

Prodit mox angelus omnia prophetarum oracula, maximè Isaiaæ prophetæ, & ait: *Ecce concipies in utero, & paries filium.* q. d. Haud nescis Maria, prædixisse prophetam, futurum vt singularis aliqua & foelix virgo conceptura parituraque Immanuel Messiam. Ea ipsa virgo tu es, ideoque tu concipies in utero, non à viro, nam Matth. 1. inuenta est in utero habens de spiritu sancto: & paries Messiam, verum Deum & hominem, atque saluatorem orbis. Quia enim homo ad Deum non valuit peruenire, per te decreuit ad homines descendere. Ne igitur timeas, sed bono sis animo, ac gratulare tibi ob tantam gratiam. *Et vocabis nomen eius Iesum*, Luc. 2. Matt. 1. Non impones dixit:

*Maria illa
singularis
virgo, de
qua vaticinatus est
Isaias.*

quia Isa. 49. ait, Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Quod nomen interpretatur saluator. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hæc nouitas concipiendi & pariendi prædicta fuit etiam Iere. 31. Nouum faciet Dominus super terram: femina circumdabit virum. Verè nouum. Olim homo fieri voluit Deus (Gen. 3). nunc Deus factus est homo. Olim de viro facta est mulier (Gen. 2.) nunc de sola muliere factus est vir. Olim virga floruit sicca & arida (Num. 17.) nunc virgo intacta peperit.

*Iesus inter-
pretatur
saluator.*

Hic erit magnus, et filius altissimi vocabitur Dan. 7. Quanquam ex humili loco, ex humili puella natus, tamen diuinis virtutibus erit maximus, adeo vt posteaquam innotuerit mundo, vocandus sit, non propheta, sed filius altissimi. Nihil enim maius, quam esse filium omnipotentis Dei, non per adoptionis gratiam, sicut alij, sed per naturam: vt vna in duabus naturis persona esset redemptoris & mediatoris nostri. Et quia vna erat hypostasis, re vera filius altissimi erat filius virginis. Qui ergo perpetuo est

*ius ni-
hil est,
quam om-
nipotentis
Dei esse fi-
lium non
per adop-
tionis gra-
tiam, sed
per naturam*

Filius virginis reuera etiã est filius altissimi quia una hypostasis.

Matth. 27

Marc. 15.

Luc. 23.

Michee 4.

Daniel. 7.

Regnum Christi nõ mundanum sed spirituale et æternum

Redemptori quando sedes David data sit.

Domus Iacob qui sint.

Iesus filius Mariæ verus Deus et homo.

magnus Deus, futurus erat magnus homo: & qui iuxta diuinitatem est filius altissimi, etiam iuxta humanitatem filius altissimi vocandus erat. q. d. angelus: Quis erit magnus, quisve vocabitur filius altissimi? Ille, inquam, quem in utero concipies, quem paries, quẽ vocabis Iesum. Quãdo vero talis vocabitur? Non statim à natiuitate, sed aliquãto post. Multi enim multis & variis illum vocabunt nominibus. sed postquam in crucem exaltatus fuerit, satanam & peccatum deuicerit, tunc tandem apparebit quis qualisve sit. Hęc vera esse nos Christiani scimus. Cui non notæ sunt voces illæ. Verè hic homo iustus filius Dei erat? Et Paulus Philip. 2. scribit Christum filium Dei Deo Patri cælesti obedientem fuisse vsque ad mortem: & addit, Propter quod exaltauit illum, & dedit illi nomẽ quod est super omne nomen.

Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius. Psal. 131. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Hęc non sunt intelligenda Iudaicè, hoc est, carnaliter, sed spiritualiter. Cùm enim prophetæ dicant Messiam in æternũ regnaturũ, mundus vero æternus non sit, facillè apparet Christi regnum non fore mundanum: quinimo turbis cum volentibus regem facere, aufugit. Ioan. 6. Spirituale itaque intelligit regnum, quod hic in electis auspiciatur, & in futuro seculo in perpetuum durabit: dedit enim Deus Christo suum regnũ, non typicum, sed verum: non temporale, sed æternum: non terrenum, sed cæleste. In Isaiã legimus cap. 9. Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis. Super solum David, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodo & vsque in sempiternum. Dedit enim redemptori sedem David, quando hunc de genere David incarnari disposuit, Roma. 1. vt populum quem David temporali rexit imperio, ipse gratia spirituali ad æternum prouideret regnum. Coloss. 1. Qui eripuit nos, &c. Summa: Angelus suis ad Mariam verbis apertissimè testatur filiũ eius fore Immanuelem illum regemque æternum domus Iacob. Domus autem Iacob sunt, qui ex Iudæis & gentibus crediderunt, Roma. 9 Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abraham, hi filij: sed qui filij sunt promissionis, & stimantur in semine.

Hęc concio est illustrissima: nam quamuis sit breuis, tamen est efficacissima. Indicat enim Iesum filium Mariæ esse verum Deum & hominem, admirabilem in conceptione, in natiuitate, vita, & morte. Ac præter illa quæ de regno eius prædicti prophetæ sunt vaticinati, & alia quàm amplissima reperire est, quæ David Regẽ nostrum baturũ affirmat. Dicit enim Psal. 71 illum futurum regem, scilicet iustum, Iudicabit, inquit, pau-

pauperes populi, & humiliabit calumniatorem. Multi dominii, cùm ait, Et dominabitur à mari vsque ad mare. Adorandum: Adorabunt eum omnes reges terræ. Liberatorem: Liberabit pauperem à potente. Clementem: Parceret, inquit, pauperi & inopi. Dicit præterea illum futurum regem æternæ vitæ, cum addit, Et viuet. Qui aurum habebit Arabiũ, non quoduis: cùm ait, Et dabitur ei de auto Arabiæ. Quod timebunt eum inimici eius, cùm ait, Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius in terram concident. Tandem æternum, cum ait: Et permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & generationem.

Item tertio complectitur dialogismum virginis Mariæ & angeli Gabrielis. Nam consolata paululum Maria respondet angelo: *Quomodo fiet istud? Quoniam virum non cognosco.* Non dubitat de verbo diuino: non ignoras nihil esse tam arduũ quod nutu non possit Deus. Credit vera esse omnia illa prophetarũ oracula & vaticinia, quæ frequenter legerat, in quibus cõtemplandis non parum temporis insumpserat. Credit iuxta verbũ angeli, se matrem Iesu futuram, sed qualitatem ipsius & modũ inquit, quẽ nõ legerat, qui nec prophetæ reuelatus fuerat q. d. Credo promissionibus Dei. Scio cælum & terram transitura, verbum autem Dei non trãsiturum. Noui quid per Isaiã dictum sit. Si ergo ego illa sum, per quam Deus velit hunc filium mundo exhibere, obsecro te, paulo apertius rei futuræ modum declares. Discamus ex Maria, verbis diuinis Ecclesiæ catholicæ acquiescere, atque obsequentes nos præstare, vt quæ à Christo nobis sint allata. Verba Christi sunt omnes doctrinæ quas catholica (quæ est Romana) tenet Ecclesia. Si aliqua videãtur obscuriora; Christus qui Ecclesiæ dedit scripturas, idem illi reliquit Spiritum sanctum, qui ipsi interpretaretur & doceret omnem veritatem. Ad hanc confugiamus, vt quæ columna & firmamentum sit veritatis, 1. Tim. 3.

Dixit Maria ad angelum: Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco, id est, voui virginitatem: quomodo salua & illæsa mea virginali pudicitia potero esse mater? Vnice nanque virginitatis amabat curabatque thesaurum: non signum rei (vt Zacharias) sed modum (vt diximus) requirens. Nec debet cuiquam hoc mirum videri: siquidem Maria nec sua ætate viderat, nec superiorib⁹ legerat aliquid tale quod virgo aliqua esset, & stãte atque illibata virginitate mater esset: non habuerat exemplum tale ab orbe condito.

Angelus respondit, *Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nãcetur ex te sanctum, vocabitur filius dei.* Quali dicat, Sicuti illa quæ ex me audisti, diuina sunt & nõ humana: ita & modus architecti diuinus erit, & nõ

Tituli de Messia vaticinati sunt, rex iustus, liberator, clemens, vita, æternus, &c.

Modus quo virgo illæsa virginali pudicitia fieret mater Maria absconditus, nec propheta reuelatus.

*Archite-
ctus incar-
nationis
Christi Spi-
ritus san-
ctus.*

humanus. Spiritus sanctus erit architectus, in te perficiet o-
pus Dei priusquam sentias. Is qui in tua conceptione ab om-
ni prauitate te expurgauit, idem te ornabit cumulatissime cę-
lestibus donis in corpore & anima: atque eius virtute concipi-
es. Est autem hæc summa responsionis angelicę. q. d. nõ pe-
riclitabitur hic tua virginitas, neque quisquam virorũ te ac-
cedet aut continget, sed Deus ipse per virtutem Spiritus san-
cti qui ex te excirabit filiũ, sine virili semine te Spiritus san-
ctus fecundabit: ideoque concipiens ac pariens, nihil detri-
menti sentiet tua integritas & virginitas: & sic foetus tuus
sanctus erit: atque vocabitur ob id, non Iosephi aut alterius
cuiusquam viri filius, sed filius vnus Dei.

*Mariae fe-
tus sanctus*

Observatione hic dignum quod ait: nasci sanctum ex diua
virgine. Hoc enim præter naturam, (quatenus scilicet corru-
pta est) humani generis fit. Omnes enim in genere nascimur,
filij irę, & (vt Iob ait) immundi de immundo concepti semine.
Maria vero, ipsa nimirum sancta & munda per Dei gratiã,
ex se sanctum genuit, non in peccatis conceptum, sed mundũ
& sanctum illud, per quod omnes electi & mundantur & san-
ctificatur, Exo. 31. Ego Dominus, qui sanctifico vos, & Heb.
13. Propter quod Iesus, vt sanctificaret populum per suum
sanguinem, extra portam passus est. Angelus confirmat Ma-
riam signo & exemplo.

Ecce, inquit, *Elizabeth cognata tua*, Ecce, id est, considera, ex-
pende eius condiciones: atramen *Concepit filium in senectute sua*
Et hic mensis est sextus illi que vocatur Sterilis: quia non erit impossi-
bile apud Deum omne verbum q. d. Elizabeth semper sterilis fuit, est
que iam grandæua insuper, & tamẽ concepit in effoeta sua se-
nectute filium, filij tui præcursores, qui & etiamnum viuit ac
mouetur in tumido matris utero. Is igitur qui illam fecunda-
uit contra naturam, & te contra naturam fecundare potest,
imo & certo fecundabit. Hęc ab angelo dicuntur non ad cõ-
firmandam fidem Marię, sed ad augmentum gaudij.

*Signis con-
suluit
Deus infir-
mitati Lu-
dæicę.*

Virgo sanctissima erat Iudæa, & Iudæos (ita Deo volente
ipforum infirmitati consulere) quando aliquod magnum sa-
cramentum futurum illis prædicebat, signo confirmabat. Ita
legimus admiranda & tremenda illa signa quę fecit Deus per
Mosen & Aaron in liberatione populi ex Aegypto de manu
Pharaonis, Exod. 8. 9. 10. &c. Moses vt confirmaretur in
fide, vidit rubũ ardentẽ, & non exustum, Ibid. 3. Iosue vellus
rore coopertum in medio areę siccę, & iterum siccum in me-
dio areę rore perfusę, Iudic. 6. Sic Isaias dicebat Achaz cap. 7.
Pete tibi signum à Domino. Sic Iudæi petebant signũ à Chri-
sto, Mat. 12. Luc. 11. Cũ populus Israëlitic⁹ fuisset huiusmo-
di signis à Deo affaectus, virgoq; sanctissima in his scriptu-
ris

ris tractandis fuisset exercitatissima: voluit illam Deus confir-
mare signo illo de Elizabeth.

Voluit angelus ita inferre: Si potuit Deus vuluam Sarę, ob
ætatis senium concipiendę proli ineptam, conceptioni aptam
facere: poterit & nunc sua admiranda potentia, inscrutabiliq;
sapientia perficere, vt tu quę virginitatem vouisti, incontami-
nata concipias & parias. Esto obediens diuino mandato: reli-
qua omnia, teq; ipsam ipsius potentię ac bonitati committe:
quia non est impossibile apud Deũ omne verbum. Quale enim
verbum illi impossibile, qui per verbum fecit omnia? Psal. 148.
Genes. 1. Nihil enim potest à Deo promitti tam nouum aut
magnum, quod ipse non queat præstare. Iere. 32. Nunquid mi-
hi difficile erit omne verbum? Vtinam Calvinus, atque alij ple-
rique sententiam hanc Dei potentiam declarantem, pro sua di-
gnitate expendissent: nunquam eo dementię prorupissent, vt
contra verba Trinitatis per angelum prolata, affirmarēt Chri-
stum corpore glorificato post resurrectionem non potuisse ia-
nuis clausis ingredi cœnaculum discipulorum, indeque nega-
rent verum corpus Christi, quod de virgine fuit natum, & in
cruce passum, sub speciebus panis & vini in sacramento sub-
sistere. Qui cũ hoc negant, necesse est eradant particulam il-
lam symboli, qua confitentur Dei omnipotentiam, dicentes,
Credo in Deum omnipotẽtem, tollant omnipotentem, & sub-
stituunt, aliquid potentem. Secundo necessario sequitur, ipsos
negare virginitatem Marię. Nam si glorificatus & impassibi-
lis non potuit ianuis clausis ad discipulos ingredi, multo mi-
nus potuit passibilis nondumque glorificatus intemerata vir-
ginali matris pudicitia ex sanctissimo eius utero nasci. Hoc
quã sit impium, quãque sacrilegum, facillẽ iudicaueritis,
quem vel minimus religionis catholicę amor afficit. Nos cre-
dentes Deum omnipotentem, credimus id quod angelus, vel
ipsa potius sancta Trinitas docuit: Quia non est impossibile
apud Deum omne verbum.

Confirmata in fide Maria verbis & exemplis, respondit an-
gelo, *Ecce ancilla Domini, Fiat mihi secundum verbum tuum*. Laudatur
Maria ab humilitate & prudentia in responso. Mater Dei eli-
gitur, & ancillam se nominat. Non mediocri re vera humili-
tatis insigne, nec oblata tanta gloria obliuisci humilitatem.
Non magnum est esse humilem in abiectiõne, magna prorsus
& rara virtus humilitas honorata. Prima mulier audiens, Eri-
tis sicut dii, statim in superbiam elata, contra creatoris impe-
rium manum extendit ad ligni prohibiti fructũ; Hęc audiens
se matrem filij Dei regnãtis in domo Iacob in æternũ; paucis,
sed quę summam animi modestiam cum summa fiducia pie-
tatẽque coniunctam testarentur, respondit: *Ecce ancilla Domini,*
cui

*Nihil tam
nouũ aut
magnum po-
test à Deo
promitti,
quod ipse
non queat
præstare.
Caluini
cauillatio.*

*Mariae hu-
militas.*

*Magna &
rara vir-
tus humili-
tas hono-
rata.*

cui semel dicata sum, parata ad omne obsequium. *Fiat mihi secundum verbum tuum, ut de Spiritu sancto concipiam.*

Maria reparavit, quod Eva perdidit.

Maria Theotocos rectè vocatur.

Simul atque Maria respondit, Spiritu sancto repletur & concipit non hominem tantum, sed Deum, verum filium Dei, saluatorem mundi. Et reparavit Maria, quod Eva perdiderat. Discessit quoque angelus à Maria: nimirum cum reuerentia valedicens, peracto negotio rediens ad eum qui miserat, lætum cæli ciuibus referens nuntium, ruinam in proximo fore restaurandam. & accessit Dei filius Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Concepit virgo sanctissima hominem Deum factum, & Deum factum hominem. Vnde fideles rectè eam Dei genitricem et matrem vocamus, cuius intercessione vitam etiam speramus æternam. Amen.

EPILOGVS.

1 *A sancto virginis cum angelo colloquio Deus auspicari voluit restituendi generis humani negotium, quando primum illud pestiferum virginis cum serpente colloquium, exitij seminarium inuexerat mundo. Ad lapsum quippe hominis concurrebat angelus malum suggerens, mulier inconsultè suggestioni consentiens, & vir transgressionem diuini præcepti perficiens. Sic in reparatione angelus nuntians, virgo consentiens, & Christus perficiens. Bernardus: Redditur femina pro femina, prudens pro fatua, humilis pro superba: quæ pro ligno mortis, gustum tibi porrigit vitæ: & pro venenoso cibo illo amaritudinis, dulcedinem parit fructus æterni.*

2 *Tota huc tendit Euangelica historia, ut ostendat Mariam illam Nazarenam Iosephi sponsam, verè esse Halmab, ac Messie matrem, & huius filium Iesum seruatore nostrum verè Immanuelem Messiamq; esse, ex Isaie vaticinio. In cuius humane nature assumptione tria singularia mirabilia facta narrat Bernardus. Coniuncta sunt, inquit, simul Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum.*

3 *Modus quomodo virgo conceperit filium Dei describitur, nimirum per fidem, credidit enim, Deo omnia esse possibilia, & angeli verbum Dei verbum esse. Ex hac fide (ut & Sara olim) accepit vim concipiendi ex seipsa, citra viri operam, per solum Spiritum sanctum. Habemus igitur hic absolutissimum verè fidei exemplum, quod imitemur. Quod fiet, si itidem audito verbo Dei credamus ex animo, nos & omnia nostra permitimus Deo, inque eius fidelia obsequia nos totos præbeamus, facientes ipsius voluntatem summa cum fidelitate & humilitate, nam sic & ipsi Christum concipiemus, pariemusque in vitam æternam.*

DE SAN-

DE SANCTIS QVORVM FESTA INTER PASCHA ET PENTECOSTEN OCCVRRVNT, EPISTOLA.

IAM non estis hospites & aduene: sed estis cives sanctorum & domestici Dei: super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo: In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto. *Ephes. 1.*

PAVLI mens atq; ordo hic expendendus occurrit. Ut Ephesij magnitudinem beneficiorum Dei, euangelicique ministerij gratiam probè apud se expenderent, debitaque laude celebratè: narrat eis Paulus, sicut in prioribus, sic in hisce quoque verbis, primò quales antè fuerint, nempe hospites siue peregrini, quos superius hospites tabularum promissionis dixerat. Porro peregrinitas illa cernebatur tum ac etiamnum cernitur in incredulis. Partim in nomine seu professione, qua omnino variabant à peculio populòque Dei. Partim in notitia, quod nec scirent, neq; scire cuperent quæ ad sanctæ vrbs ciues pertinent, ut est notio capitis siue magistratus. Nam essentiã Dei neque vnã neque tres personas continentem norant. Voluntatem Dei quantum ad Ecclesiæ seu præsentem seu futuram gubernationem planè ignorabant. Et quantum ad mundi gubernationem aut similiter ignorabant, aut si norant, tamen dubitanter aut corruptè norant. Item ut est notio legum seu sacrarum literarum, quarum nullus inter eos erat vsus, ut est notio præsidiorum ac munitiorum quibus Dei filius atq; angeli eius nos pios regunt, quarum nulla fuit inter eos cura. Ut est notio opum, id est gratiæ, adoptionis ac æternæ vitæ, quos thesauros illi prorsus nesciebant. Utq; postremo est notio fœderum quæ inter nos & Deum sunt per Christi sanguinem facta atque obsignata, quorum illi erant inscij, & quæ inter nos & fratres sunt per Christi inter nos cõmunionem spiritumq; instituta, quorum æquè erant tum ignari.

Partim peregrinitas illa cernebatur in affectu. quod amore nunquam vero, puro, firmo, ceu fideles solent, neque inter se, nec cum Dei ciuibus cohærebant.

Partim in habitu siue moribus. Nam si res vel prosperas vel aduersas spectes, nunquam inter eos fuit talis gratitudo ac modestia, item inuocatio tolerantiaque, sicut in electis solet. Si officia stultiæque spectes, nulla erat ibi talis vel mortificatio vel sanctificatio.

Dicit præterea, quod fuerint inquilini siue incolæ, quos superius alienos à Repub. Israëlis dixerat. Cernebatur autè iste inquilinatus partim in iure, quod in cælestibus bonis nullam, *Ephesij inquilini siue incolæ.*

in ter-

in terrenis nullum nisi mutuatum penes ipsos erat. Nam & terra propriè est fidelium, & fidelium causa tolerantur illi in præfenti vita. Partim cernebatur in societate quam cum sanctis tantum obrinebant ratione onerum, sicut inquilini simul pugnant, sed non regunt. Porro onera illa sunt calamitates quibus æquè tum affligebantur ut electi. Nam & mundus ipse se cupiditate & mutua infectatione torquet. Satan omnium tum piorum tum & impiorum malis gaudet: Deus semper iustitiæ documenta edit, non autem ratione honorum: Nam nec Deo grati erant, neque Dei grata organa, neque Ecclesiæ membra, aut consortes ministerij. Et talis quidem etiamnum est conditio quorumcunque Ethnicorum.

2. Secundò narrat Apostolus Ephesijs quales post in Christo esse cœperint: quod & nostri causa obseruemus: nam & nos in eum statum euecti sumus. Ephesiorum igitur & fidelium quorumcunque statum, quem per Euangelij apprehensionem consequuntur, notat D. Paulus triplici hac figura, quòd facti sint ciues sanctorum: domestici Dei: & lapides structuræ Dei, id est, membra Ecclesiæ Dei, nam Ecclesia dicitur ciuitas Dei, Esa. 60. Hier. 13. dicitur domus Dei, 1. Tim. 3. Hebr. 3. dicitur & templum Dei, 1. Cor. 3. Porro hisce verbis inest incrementum. Magnum beneficium est donari peregrinum, exulem, hostem, ciuitate, & sanctorum quidem ciuitate:

In qua hæc cernuntur:

Ordines omnium decetissimi, ut sunt inuisibiles præfidentis Christi moderantis spiritus ascendentium, descendantium que angelorum, & visibiles docetium prophetarum, apostolorum, pastorum, auditorum, confitentium, inuocantium, celebrantium.

In qua etiam cernuntur leges credendarum atque agendarum rerum in scripturis exactissimæ.

Immunitates contra legem, mortem, satanam amplissimæ.

Conuentus verbi precum, sacramentorum honestissimi atque vtilissimi.

Commercia charitatis iucundissima.

Mœnia & præsidia contra omnes hostes validissima.

Quæ & hinc amplificantur, quod & istius ciuitatis constitutio maximo constitit, nempe, Christi sanguine: quod assecutio est facillima, ut quæ omnibus sit exposita, atque vera fide impetretur. Quod & inhabitatio est perpetua, quam ne moriens quidem deserat, sed commutet solum, migrans, nempe, in beatiorum vrbis locum. At obserua simul quod sanctorum ciuitas dicitur: neque enim quicquam fert pollutum, ut nec castra Israël, Apoc. 21. & 22.

Maius vero beneficium est, in familiam quoque recipi, ubi est arctior communitas, maior notitia, diligentior cura, amplior commu-

Ephesij quales facti sint post acceptam fidem.

Ecclesia ciuitas, domus & templum dei est.

Ordines ciuitatis Dei inuisibiles & visibiles.

Leges.

Immunitates.

Conuentus.

Commercia.

Mœnia.

Ecclesia sanctorum ciuitas.

communicatio. Atque eò quidem nos recipimur qui re vera prius fugitini, prodigi, scelerati, imo iræ filij fueramus. Et recipimur ut cælesti potiamur mensa, victu, aspectu, colloquio, fide, cõsuetudine, facultatum omnium iure ac quiete, idque Deo patre, Christo fratre, angelis seruis, sanctis familiaribus. Sed & hic obserua, quòd domestici Dei non honoris tantum vel vtilitatis, sed obedientiæ quoque causa appellamur. Deum igitur vereamur, Deo laboremus & negotiemur.

Maximum autem beneficium est, & habitaculum Dei fieri, in quo ipse Deus gratia & omnigenis suis donis resideat. Nemo autem fit eiusmodi templum Dei, nisi pars & magni templi sit, de quo Apostolus hic & postea 4. cap. loquitur, in quo breuiter hæc cernuntur.

Fundamentum imum: angulus siue nexus circumquaque vniversi ædificij, item apex & supremum caput, solus Dominus noster Christus.

Architecti: Summus dici potest Spiritus sanctus, quem Ecclesia solum pro magistro summo habet. Nec diuersum est, quòd Christus se magistrum solum vocat. Medici ac ὄδοιτροί sunt Prophetæ, Apostoli, Pastores, & ministri omnes, quorum opera spiritus sanctus, vtitur.

Materia ex qua ædificium fit, sunt lapides seu credentes omnes, qui de petra Petri fiunt, solidique soli manent: cæteri ut in limo hærent, & arenæ innituntur, sic & ipsi nihil sunt quàm limus, quàm arena, puluis, gluma.

Materia per quam ædificium fit, est verbum quod ab aliis rectius atque purius, à nonnullis peius & impurius adhibetur. Item sacramenta, quæ iam melius, iam corruptius applicantur. Quoad probè vsurpantur, faciunt ad structuram: quod fecus, igni tandem quasi tempestate diruuntur. 1. Cor. 3.

Opera quæ insumitur in secando siue poliendo est prædicatio penitentiæ qua ad basin siue Christum homines adducuntur. Opera verò quæ insumitur in collocando siue extruendo, est prædicatio reconciliationis, qua ut perdita ouis humeris, ita ipsi basi suæ Christo imponuntur.

Forma collocationis, si spectemus basim, est cuiusque fides qua incumbit Christo. Surgens ædificium est conformitas nostræ fidei, qua cum omnibus sanctis qui nos præcesserunt, maxime verò cum Prophetis & Apostolis (qui non operarij tantum sed & pars sunt ædificij) consentimus. Propriissimus noster situs, est cuiusque singularis labor & vocatio, qua pro fidei ac donationis Dei modo stationem suam seruat atque obit. Forma symmetriæ, hoc est, commensurationis, partim est & exæquatio & consensus fidei & amoris, partim splendor inde profisiscens innocentiae seu bonorum operum.

Beneficium maximum est habitaculum Dei fieri.

Ecclesiæ fundamentum imum,

angulus apex & supremum caput, Christus.

Architecti.

Materia ex qua.

Materia per quam.

Opera.

Forma.

Situs.

Finis

Finis.

Finis quo ad exadificationē nullus erit ante extremū diem. Semper enim surgit ædificium quoad prorsus absoluetur, quo momento simul aderunt & extremus dies, & æterna gloria. Finis verò quo ad vsum, est inhabitatio Dei, qui in tali tēplo resideat, & complere donis vniuersam suam domum seu in festi- uissima Pentecoste cupit: Contra illud ædificium frustra parāt suam turrim Babyloniam, frustra struunt aduersarij. Portę in- feri non præualebunt aduersus illud, Matth. 16.

Turris Ba- bylonia fru- stra para- tur contra Dei tem- plum.

DOCTRINA.

Comtemplemur igitur etiam nos in eo speculo, veteremq; sortem cum donata cōferamus, vt illius deploratione in huius prædicationem accendamus, & hinc vt ciues sanctorum, dome- stici & templum Dei credamus & viuamus, quoad plenē in al- tera vita honores consequamur.

EPILOGVS.

1 *Apostolus proponit bona per Christum (ipsissimum fundamentū apo- stolorum ac prophetarū) nobis Gentibus communicata & parta: quæ nē- pe sunt, quod nos qui olim eramus hospites et aduenæ, hoc est à gratia ac salute alieni exclusi que, iam sumus conciuēs sanctorum & domestici Dei per Christum facti, hoc est, vocati, reconciliati, sanctificati & saluati.*

2 *Lapis angularis & fundamētum primarium Christus, qui nos super- struxit super fundamentum Apostolorum ac Prophetarū, hoc est super se- metipsum à prophetis prædictum et Apostolis prædicatū: quo omnes san- cti vnice nituntur, & in quo omnium spes recūbit. Is, in quā superstruxit nos super semetipsum, hoc est, infirmitates iniquitatesq; nostras portauit & dependit, suorumq; meritum nos per fidē ac sacramenta fecit parti- cipes, Isa. 53. 1. Pet. 2. Tit. 3. Est igitur, vnde gratias ei agamus perpetes, est quoque vnde ex animo exultemus & latemur semper.*

3 *Finis, in quem tantis bonis nos Christus cumulauit, est, vt tanquam lapides viui illi superstructi, succrescamus in ædificiū spirituale hoc est, in templum sanctum Domini. Sumus igitur & nos in sine hunc Christo su- perstructi, vt per inhabitatē in nobis Spiritum sanctum, tēplum ac do- micilium Dei simus, hoc est, corpora & corda nostra ipsi sanctificemus, ip- sumque in nobis per fidem & charitatē habeamus habitantem.*

IN FERIIS IISDEM EPI- STOLA ALTERA.

Prou. 10. et Eccl. 44.

Benedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus heredi- tatē, et diuisit illi partē in tribubus duodecim, et inuenit gratiā in cō- spectu omnis carnis. Magnificauit eū in timore inimicorū, et in verbis suis monstra placauit: glorificauit eum in cōspectu regum, & ostendit illi glo- riā suam: in fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum & elegit eum ex omni carne. Dedit illi præcepta, & legem vitæ & disciplinæ, et excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum sempiternum circumcinxit eum zo- na iustitiæ, & induit eum Dominus coronam gloriæ.

IN

In præsentī Epistola tria occurrunt diligenter obseruanda. Primo ostendit Sapiens cuiq; nostrum benedictionem esse necessariam ad salutem, cum dicit, *Benedictio domini super caput iusti.* Hæc domini benedictio quosdā dicit bonis tēporalibus: quosdam verò spiritualibus. Siquidem benedictio domini di- uites facit, ditauit enim bonis tēporalibus Labā, apud quem Iacob seruiuit 14. annos, dicebat enim illi Iacob: Antequam venirem ad te, parum habuisti, & ecce diues effectus es, benedi- xitque tibi Deus ad introitum meum. Gen. 31. Et hæc est be- nedictio à sinistris: in sinistra enim illius diuitiæ & gloria. Sed quid profuit nobis superbia, inquit, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia sicut vmbra, Sap. 5. Piscantes ad hanc sinistram, casto labore spe sua persæpe fru- strantur, Ioan. 21. vnde & ardenti diuiti in inferno dicitur: Re- cordare fili, quia recepisti bona in vita tua, &c. Luc. 16. Benedi- ctio tamen ista plerunque cedit his quos mundus vbique ceteris præfert ad dextram. Sed quia futurum est (nimirū sic dispo- nente Deo) quod primi nouissimi, & nouissimi primi erunt, cancellatis quodāmodo manibus, minori Deus dextra, maiori verò sinistra benedicit. Aperit quippe manum suam, & implet omne animal benedictione, Psal. 144. Diligit enim omnia, & nihil odit eorum quæ ipse fecit, Sap. 11. ideoq; & iumentis dat escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Pascit & potat ingratos, & pluit super iustos & iniustos, Mat. 5. Istitis ergo à sinistris benedicit, quemadmodum & patriarcham Ia- cob fecisse legimus. Is enim interpellatus à Ioseph filio suo, vt suis filijs Manasse, videlicet, maiori à dextris constituto, & E- phraim minori à sinistris, priusquam ipse moreretur benedi- ceret: cancellatis brachijs maiori filio sinistra, minori autem dextera benedixit, Genes. 49.

Benedictio à sinistra.

Quosdam verò Dei benedictio, bonis dicit spiritualibus. Sunt enim, vt ait Sap. Eccles. 44. homines diuites in virtute, quos pretiosis Deus diuitijs locupletat, vt requiescat super eos (vt Isaias ait cap. 11.) spiritus sapientiæ & intellectus, spi- ritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleat eos spiritus timoris Domini. Et hæc est benedictio à dextris Dei, apud quam longitudo dierum consistit, Pro- uerb. 3.

Benedictio Domini à dextera.

Siquidem hæc dona pretiosæ & veræ diuitiæ sunt. Opes autem huius seculi, diuitiæ non sunt, quæ nostræ mentis ino- piam non depellunt. Nec nostræ sunt quæ nobiscum remane- re non possunt. Ergo veræ diuitiæ non sunt opes, sed virtutes. Huiuscemodi benedictionem, nequaquam testamenti veteris legislator Moses dare potuit, sed summo duntaxat legislatori Christo, id muneris seruabatur. Quod propheta præuidens

Opes seculi huius veræ diuitiæ nō sunt sed virtutes.

H h ait

ait Psalm. 83. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Hæc est benedictio Ephraim minoris, videlicet, & ad sinistram collocati, cui tamen per manuum cancellationem benedictio potior à dextra cessit: humilibus enim dat gratiã qui superbis resistit, 1. Pet. 5. Et mysteria sua quæ à sapientibus & prudentibus abscondit, paruulis reuelat cælestis Pater, Matth. 11.

Benedictio Domini duo cõfert.

2 Secundo ostēdit sapiēs Sirachus, quòd hæc benedictio duo confert, hæreditatem, scilicet, & gratiam. Vnde consequēter de primo subdit: *Ideo dedit illi dominus hæreditatem, & diuisit ei partē in tribubus duodecim.* Si hæc ad beatum Apostolum N. referas, vtiq; palàm est Dei benedictionem abundè collatam ei fuisse, per quam & cælestem hæreditatem, & in sacro electorum Apostolorum numero duodenario consecutus est partem & Apostolicam dignitatem. Cui etiam non mediocrem mundi partem in sortem prædicationis Deus ipse diuisit, hoc pulchrè deducente Apostolo Rom. 10. ex Psal. 18.

Hæreditatis consecutionē quid præcedat.

Verùm si id quod dictum est, de quouis iusto accipias, tunc aduertendum est, quemadmodum per diuinam benedictionē, hæreditatem & gratiam ipse consequatur. Vnde notandum est, quòd sicut hæreditati consecutionem præcedit benedictio, ita etiam benedictionem præcedit palpatio: vt per eam innotescat num filius sit, & dignus benedictione & hæreditate, & cõne. Isaac patriarcha filium suum benedictione consecraturus: accede, inquit, huc primùm vt tangam te fili mi, & probem vtrùm tu sis filius meus Esau, an non, Genes. 27. Tactus iste per aduersitatum & tribulationum immissionem correctionis paternæ censura est. Corripies me, inquit Ezechias, & viuificabis me, in talibus enim vita spiritus mei, Isaia 38. Et Iob 5. Inreparationem Domini ne reprobis, quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt. Hinc etiam per Salomonem dicitur Proverb. 3. Disciplinam Domini ne abijcias fili mi, nec deficias cum ab eo corripieris. Quem enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Quam sententiam secutus Apostolus Hebræ. 12. scribens, ait, Fili mi noli negligere disciplinam Domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate, tãquam filijs vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, adulteri & non filij estis. Quisquis ergo exceptus est à participatione flagellorum, exceptus est etiam à numero filiorum. Quisquis etiam huius patris atrectationem seu palpationem hanc sustinere rebellionem superba recusat, nec agnosceretur pro filio, nec cælestem vllatenus consequetur hære-

Tribulatio utilis.

hæreditatem, Salomone hoc attestante cum ait Proverb. 1. Eo quod exosam habuerunt disciplinam, & timorem Domini non susceperunt, inuocabunt dñm, & non exaudiet eos, mane consurgent, & non inuenient eum. Quibus etiam per Ezechielem cap. 16. à Domino dicitur: *Recessit zelus meus à te, iam non irascat tibi.*

Quod autem per hanc benedictionem, non modo æterni Patris hæreditatem, sed etiam apud omnes vbiq; gratiam consequamur, ostendit consequenter, dicens: *Et inuenit gratiam in conspectu omnis carnis.* Quod duobus modis potest exponi: Primo sic, Dei munere gratus acceptusq; extitit vniuersis, iuxta quod per Salomonem dicitur Proverb. 16. Cum placuerint viæ hominis Deo, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Deinde hoc modo potest exponi: *Inuenit gratiam in conspectu omnis carnis,* id est, palam est omni carni, quod inuenit gratiam apud Deum, iuxta quod ex persona damnatorum de iustis loquentium scriptum est Sap. 5. Ecce quomodo computari sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est?

Porro non solum diuinæ benedictionis effectus est hæreditatis adeptio et gratiæ consecutio, sed insuper etiam magnificatio et glorificatio. de quo subditur: *Magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum, & ostendit illi gloriam suam, Ecclesiast. 45.* Profecto magnus est cui succumbunt inimici, præsertim inuisibiles, et nihilominus visibiles, scilicet homines maligni. Tam enim dæmones ipsi, quàm mali homines, iustorum timent et verentur sanctitatem. Porro monstra quæ verbis suis iusti placant seu perdomant, vel ipsas brutales carnis concupiscentias accipere possumus, vel alia quæcunque indomiti vitia animi, quæ sancti rationis imperio frenant subijciuntq; , vel certè prauos homines & impios, quos sancti doctrina et animi mansuetudine, plerunq; perdomitos ad rectos mores perducunt.

Denique diuinæ benedictionis effectus est glorificatio, *Glorificauit eum in conspectu regum.* Nimirum reges sunt, qui acceperunt regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: sed et regum nomine non immerito censentur, qui carnis appetitui, & inferioribus animæ viribus, rationis imperio principantur. quibus dicitur, *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. In horum ergo conspectu regum, iustos suos Deus glorificat, cum illos similes facit in gloria sanctorum: laus enim erit vnicuique à Deo, 1. Corin. 4. laus vtiq; à laudatore magno, vnde et ambienda vehementer.*

Possimus etiam regum nomine huius seculi mortales principes intelligere, coram quibus sanctos suos plerunq; Deus vsque adeo glorificat, vt vestigia pedum ipsorum osculari se

Magnus in veritate quis sit.

Reges moraliter quid sint.

Sancti regibus seculi sunt maiores.

exultent, & sacras eorum reliquias vel magnificis exstructis templis, vel margaritis aut auro argentoque contendant honorare. Qui etiam sanctorum gloriam longè suis præferre sceptris & sedibus non dubitant. Et verè gloriosi & à Deo glorificati sunt, quorum longè lateque cum illustri laude clara notitia est. Venerandum quippe seculo nomen & meritis & morte pretiosa sibi comparauerunt. Proinde quis non gloriosos confiteatur eos qui vident Deum, & quibus ostendit gloriam suam? Ex quorum persona Apost. ait 2. Cor. 3. Nos autem reuelata facie gloriam Domini specularantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritate, tanquam à Domini spiritu. Nam cum videbimus eum sicuti est, inquit B. Iohannes 1. cano. 3. cap. Scimus quia similes ei erimus. Nec mirum, cum iam nunc beati sic Deo sint inhabitante pleni, & ita in Dei similitudinem transformati, vt à se defecisse, & in eum, quo ineffabiliter fruuntur, transisse putentur, quemadmodum ferrum totaliter ignitum in naturam ignis, & aquæ gutta mero infusa in illius speciem & naturam transisse omnino videntur, & à sese ac sua specie defecisse.

3 Tertio hic notanda occurrit conueniens ad salutem in homine dispositio, cum dicitur: *In fide & lenitate ipse sanctum fecit illum, etc.* Non enim sufficit homini ad salutem diuina præuentio, quod videlicet Deus hominem iustificandum præuenit in benedictionibus dulcedinis, nisi etiam & ipse cooperetur. Vnde per Salomonem dicitur, Prouerb. 17. Hominis est animum præparare, & Domini gubernare linguam. Et post pauca: Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Debet autem homo à Deo sanctificandus animum præparare per hoc præsertim, quod Deo perfecte subijcitur, tam quo ad intellectum, quam quo ad affectum, quod utique per hæc duo fit: quæ sunt fides & lenitas. Fides enim Deo subijcit intellectum, lenitas autem voluntatem seu affectum. Accipitur autem hoc loco lenitas pro mansuetudine, seu animi tractabilitate. Hinc enim per Sapientem dictum est, Ecclesiastici 11. Beneplacitum est Deo fides & mansuetudo. Siquidem per hæc duo animum suum homo præparat, ac sese totum subiectum reddit Deo, vt in ipso secundum arbitrium suæ bonitatis operetur. Contra verò & sine fide impossibile est placere Deo, & ijs qui mansuescere recusantes obdurauere corda: Deus in ira sua iurauit, quod non intrabunt in requiem suam, Hebr. 11. Psalm. 94. Exemplo est tam angelorum ruina, quam protoplastorum. Qui quoniam per obedientiam mansuescere & se Deo subijcere noluerunt, in perditionem delapsi sunt. Hinc etiam in Euangelio Veritas loquitur, dicens, Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi

Domini-

Per duo
disponitur
homo ad
salutem.

Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, &c. Quod etiam ratione astruitur. Cum enim æterna beatitudo maius bonum sit eo, quod vel sensu corporeo cognosci, vel humana possit ratione comprehendi (dicente Apostolo. 1. Cor. 2. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit Deus his qui diligunt illum) idcirco nisi se homo subiiciat quo ad intellectum, credendo assertioni diuine de his rebus, quæ non valet intellectu comprehendere, ad bonum illud pertingere non meretur. fides enim est de his quæ rationem humanam excedunt. Vnde cum interrogaretur à discipulis suis Dominus, quis posset saluus fieri, respondit: Apud homines impossibile est, omnia autem possible sunt Deo, Mat. 19. Et alio loco cuidam ait: Si credis, omnia possible sunt credenti, Marc. 9.

Hebr. 11.

Consequenter ponit sapiens profectum virtuosum hominis sancti & saluandi per Dei gratiam, cum subdit: *Et elegit eum ex omni carne.* Illa videlicet carne, de qua ipse ait, Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Ideo elegit eum ex omni carne, ne periret ipse cum omni carne. Omnis quippe caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni, Isa. 40. Fœnum autem hodie est, & cras in clibanum mittitur, Mat. 6. Hoc est, in gehennæ incendium. Hoc est fœnum rectorum in alto vanitatis nascens, in arido figens radices, quod priusquam per mortem euellatur, per defectum gratiæ cælestis exaruit, Psalm.

Ex omni
carne à
Deo eligi.

Elegit etiam eum ex omni carne, id est, ex contagiosa carnalium hominum societate, ne & ipse simul vnà cum ipsis periret, sicut & ad Loth in Sodomis habitantem ab angelis dictum est: Egredere, ne & tu pereas in scelere ciuitatis huius, Gen. 19. Ab omni denique rerum mundanarum & carnalium voluptatum amore peruerso, Deus iustum & sanctum suum exemit & elegit: quemadmodum egregij fructus planta in deserto nata eligitur, atque horto concluso plantatur: Ita elegi, inquit, vos, & posui vos vt earis & fructum afferatis, & fructus vester maneat, Ioan. 15. Nisi enim ab inconcessa carnis voluptate segregentur, sancti spiritus habitaculum effici nequaquam possunt. Scriptum quippe est, Sap. 1. In maleuolam animam non introibit spiritus sapientiæ, nec habitabit in corpore subdito peccatis: Sequitur:

Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & discipline. Dedit illi cor, hoc est, inclinationem ad ea quæ bona & recta sunt. Donum hoc à Deo petiit, qui ait: Inclina cor meum Deus in testimonia tua, Psalm. Et alius quidam vir sanctus precatus est dicens, Domine quod iubes, & iube quod vis. Et dominus ipse per prophetam Ezechiel. 36. Auferam, inquit, cor lapideum de carne

Augusti-
nus.

H h 3

vestra

vestra, & dabo vobis cor carneum, & faciã vt in præceptis meis ambuletis & operemini. Siquidem cor regis in manu domini, quocunque voluerit inclinabit illud. Prou. 21. Lex autem vitæ, doctrina Christi est, sicut ipse ait, Ioã. 6. Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Et rursus, Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Vnde quoque Petrus ad Christum loquens, ait: Domine verba vitæ æternæ habes, & quò ibimus? Ioan. 6. Et rursus per Sapientem, Prouet. 13. dicitur: Lex domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.

Poriò quoniam plerique pigrorum animalium more stimulis & virgis agi quodammodo debent, idcirco ad legem vitæ, etiam lex disciplinæ superadditur. Quibusdam enim sola vexatio dat intellectum: erudit illum, inquit, in iudicio, Deus suus docebit illum, Isa. 28. Vnde etiam per Ieremiam dominus loquitur cap. 6. dicens, Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne forte ponam te desertam. Et iterum, Per omne flagellum, inquit, erudieris. Et rursus cap. 32. de his qui nec per disciplinã respiscunt ait, verterunt ad me terga, & non facies suas, cum docerem eos & erudirem diluculo, & nolent audire vt acciperent disciplinam. Sed quid eis comminetur sermo diuinus, aduerte. Ait enim Leuit. 26. Quòd si nolueritis recipere disciplinã, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contrã aduersus vos incedam, & percutiã vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium, vltorem fœderis mei. Itaque prout S. suadet Apostolus, in disciplina perseuerate, tanquam filiis vobis offert se Deus, Heb. 12. Omnis enim disciplina & si in præsentem quidem videatur non esse gaudij, sed mœroris: postea tamen fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Igitur non iræ Dei, sed misericordiæ est indicium, aberrantes à recto disciplinæ flagello in viam Dei reuocare: Vnde & confitentes iustos dixisse legimus. 2. Machab. 6. Non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim iustam vltionem adhibere, magni diuini beneficij indicium hoc esse.

Proinde quia magnus est, cui Deus dat cor ad præcepta, & quem per legem vitæ & disciplinæ gubernat, rectè subiugitur: *Et excelsum fecit illum.* Hinc enim ait vir secundum cor Dei, quem disciplina Domini correxit in finem: Perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. Et rursus per Isaiam dicitur cap. 33. Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem: qui proiecit auaritiã ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malũ, iste in excelsis habitabit, munimẽta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ

*Lex vitæ
quæ sit.*

Lex disciplinæ.

*Misericordiã Dei est,
et non irã,
aberrantes
si gello disciplinæ in
viam Dei
reuocare.
Magnus est
sicut qui
legi vitæ et
disciplinæ
acquiescit.*

aque eius fideles sunt, regem in decore videbit, oculi eius cernent terram de longe, &c. Sequitur: *Statuit illi testamentũ æternũ.* Hoc est testamentum pacis, quod morte sua nobis Dominus confirmauit: Pacem meam, inquit, do vobis, Ioan. 14. Et alibi ait: Testamentum meum fidele ipsi. Testamentum hoc disposuit electis suis. Longè ramen est testamentum hoc à quibusdam: Sed is cuius cor & voluntas recta est cum Domino vt ambulet in lege eius, veram habet pacem, non modo cum Domino Deo, sed etiã cum proximo, & cum semetipso, iuxta quod ait Propheta: Pax multa diligentibus legẽ tuã. Sequitur:

Et circumcinxit eũ zona iustitiæ. Iustitia nõ incõgruè zona appellatur. Nã sicut se zona præcingit, vel qui vult operari, vel qui ambulare, vel qui pugnare debet, ita nimirũ iustitiæ virtus necessaria est meritorie operari, spiritualiter proficiẽti, & quasi ad repromissam viuentiũ terrã proficisciẽti, & cõtra hostẽ antiquũ, & cunctas huius mudi & carnis illecebras viriliter decertãti. Iustitia indutus sum, inquit vir sanctus, & vestiui me sicut vestimẽto, Iob 29. Porro de homine iniusto & iniquo quid sermo diuinus pronũtiat, animaduertere, *Induit, inquit, maledictionẽ, sicut vestimentum, et intravit, sicut aqua in interiora eius, et sicut oleum in ossibus eius.* Psal. Fiat ei sicut vestimentũ, quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur. Sequitur: *Et induit eum Dominus coronã gloriæ.* De hac corona per Isaiã 29. dicitur: Erit Dominus exercitũ corona gloriæ, & sertũ exultationis residuo populi sui. Et rursus in persona redẽptoris nostri de se ipso loquentis idẽ propheta ait: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me: Ad annuntiandum mansuetis misit me: &c. Currunt amatores huius seculi & certant, vt corruptibilem coronam accipiant; nos autem, inquit Apostolus, incorruptam, 1. Corinth. 9. De hac Beatus Petrus ait, 1. cap. 5. Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Sed ad hanc coronam non nisi per labores, tentationes & certamina peruenitur, sicut Beatus Iacobus ait cap. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se, & perseuerantibus in dilectione usque ad mortem, iuxta quod vnumquemque Dominus admonet, dicens Apocal. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Si regni alicuius terreni & corruptibilis corona proponeretur labore & humana industria promerenda, quãti se certatim ingererent, huius coronæ lucrifaciendæ gratia nullum laborem non subeuntes, nulla pericula formidantes. Rursus si mille aut eo amplius annorum vita mortalibus in hoc mundo quantumuis magnis laboribus obtinenda proponeretur, quãti multi hanc desiderarent, quãtoq;

Testamentum pacis.

*Ad tria
præcingit
esse
oportet.*

*Corona vitæ
qualiter
obtinetur.
Similia.*

pretio non segniter eandem, si fieri posset, emerent, quam tamen varijs aduersitatum casibus plenam, & innumeris resperfam amaritudinibus, tædijs, & ærumnis esse constat. Quantò igitur maiori studio ad illam coronam, & regnum illud sine fine beatum, cunctis est credentibus properandum? Nō sunt enim condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis. Rom. 8.

EPILOGVS.

1 Laus virorum sanctorum depingitur, quæ Deus gratuitis eos præuenit benedictionibus, nec non bonis ditat spiritualibus iuxta illud Proverb. 10. Benedictio domini diuites facit.

2 Benedictionis diuinæ effectus est nō solū hereditatis adeptio, & cōsequutio gratiæ sed insuper etiā magnificatio & glorificatio. Rom. 8.

3 Quicquid nos cū ad virtutis perseverantiam, tum perennis gloriæ securam felicitatem promouet, potissimum Dei gratiæ attribuendum est. Nam gratiam & gloriam dabit dominus, ait Psal.

IN IISDEM FERIIS SANCTORVM

EVANGELIUM.

IOAN. 15.

Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me, nō ferentem fructum, tollet eum: et omnē qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonē quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vita: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arefcet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint: quodcunque volueritis petetis, et fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus: ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli: Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut et ego Patris mei præcepta seruauit, et maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur.

Agricola
sue vini-
tor Deus
pater.

In hoc Euangelio depingit Christus Ecclesiam: & ostendit Iria: Primo, quis sit vinitor, siue agricola, nēpe, Deus pater, sicut enim agricola de agris suis sollicitus est, & vinitor vineā suā semper habet in memoria, siue dormiat, siue vigilet, quāquam aliquando extrinsecus videatur (præsertim in hyeme) planè nullam curam vineæ habere, non tamen eius obliuiscitur: sic pater cælestis, etsi aliquando dissimulet se vineam suam respicere, hoc est, electos, nunquam tamen ipsos relinquit, aut eorū obliuiscitur, nunquam non pro ipsis sollicitus est, atque adeo tūc maximè curat, cū minimè videtur curare. Hinc in

Isaia

Isaia. 54. dicit: Ad punctū in modico reliqui te, & in miseratio- nibus magnis colligā te. Sēper enim respicit & curat vehemē- ter suos. Non tantum eos creat, verūm etiā pascit, nutrit, gu- bernet, atque ad ætatem adultam deducit. Testatur hoc iterum scriptura. nam quotidie orantes dicimus diuina institutione formati, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuū, adueniat regnum tuum, &c. In qua oratione fatemur edocti à fratre nostro Christo, Deum patrem nostri curam gerere, eū- que esse qui omnia quæ ad victum & amictum, quæ ad corpus & animam pertinent, nobis conferat. Hoc etiam docet illud Isaia 49 Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, vt non misereatur filij vteri sui? Et si illa oblitafuerit, ego tamen non obliuiscar tui, &c. Ecce in manibus meis descripsi te, &c.

Semper re-
spicit et cu-
rat vehe-
menter
suos Deus
Vitis Chri-
stus.

Deinde ostendit quæ sit vitis, nempe, Christus. Sicut enim vitis, & si in hyeme sola & sine palmitibus videatur, tamen æ- state superueniente in plures palmites erumpit: sic Christus etsi tempore peregrinationis suæ pauci in eum crederēt, & in passionis hyeme solus & ab omnibus relictus videretur, trās- acta tamen hyeme & appropinquante ætate resurrectionis, statim priores eius palmites reffloruerunt, & alij accreuerunt, adeo vt tempore ascensionis iam essent centū viginti palmites

Vitis Chri-
stus.

Act. 1. In ipso autem die Pentecostes accrescerent tria millia, Actu. 2. Denique adeo copiosè hæc vitis in palmites erupit, vt breuī totam terram occuparit. Nam vnus Paulus palmites eius extendit ad Hierusalem vsque ad Illyricum. Roma. 15. Deinde sicut vitis succum suum in palmites transfundit, & frugiferos facit, omnēque suam naturā & nobilitatem in pal- mites emittit: sic Christus de suis bonis transfundit in eos qui sacramenta suscipiūt, & in charitate perseverant. Omnia quæ habet, fidelibus cōmunicat, succū gratiæ, vinū illud verè lati- ficans cor hominis, spiritū scilicet sanctū: cōmunicat illis no- men suū, hæreditatem suam, denique quantū fieri potest, e- tiam naturam suam, vt & nos dicamur & simus filij Dei, si nō natura, certè adoptione. Testatur hoc scriptura. Nam Ioan. 1. dicitur, quod nos omnes de plenitudine eius acceperimus gra- tiam pro gratia. Et Paulus Ephes. 4. Vnicuique autem nostrū data est gratia secundū mensuram donationis Christi, Rom. 12. 1. Cor. 12. 2. Cor. 10. Heb. 13. Participes enim Christi effe- cti sumus. Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ.

Omnia
quæ habet
Christus.
suis cōmu-
nicat.
Psal. 103.

Præterea ostēdit qui sint palmites, nēpe, oēs Christi fideles. Sicut enim palmites à vite resecti arefcūt, & collecti in ignem mittūtur: sic Christiani à Christo deficiētes, nisi respiscāt ge- hēne tradūtur. Testatur hoc scriptura. nā Mat. 3. dicitur: Om- nis arbor quæ nō facit fructū bonū, excidetur, & ignē mitte- tur. Docet

2. Pet. 1.

Palmites
omnes
Christi fide-
les.

*Similitudo
hec rusti-
ca quid
nos doceat*

*Christus no-
bis natus
circuncisus
passus et
mortuus.
et quid me-
riti gratia
et dignita-
tis habuit
hoc nobis
communicat
Christi aut
quandiu
manent in
Christo,
sunt securi-
di.*

*Palmite
frugiferos
vinitor
purgat.
Quando pur-
gamur.*

*Fideles om-
nes opus
habent quo-
tidiana
purgatione
Psal. 118.*

tur. Docet autē hęc rustica similitudo, quod Pater in creatio-
ne nos fecit, in regeneratione sanctificauit, & virtutibus atq;
studijs quotidianis excolendo facit in horas meliores. Non e-
nim cessat, nisi nos cessemus, sua virtute interna, & suo sancto
verbo externo, extirpare mala semina ex veteri Adam nobis
relicta, charitate corda purificare, virtutum semina in nostris
cordibus seminare, quotidiana gratia ipsa, vt ad loculentam
frugē perueniāt, irrigare: nō cessat expectare fructus bonos.
Vtinam non dicat de nobis illud Isa. 5. Quid ultra facere de-
bui vineę meę, & non feci? Expectaui vt faceret vvas, &c. I-
tem Jerem. 2. Quomodo conuersa &c.

Docet item quod Christus non sibi natus, nec circuncisus,
non sibi passus, nec mortuus, nec sibi legem obseruauit: sed
quicquid meriti, gratiæ & dignitatis habuit, hoc nobis pro no-
stra capacitate communicat, non in imputatione, sed interna
spiritus communicatione

Docet tertio quod Christiani quandiu manent in Christo,
sunt fecundi, operaque pietatis digna gratia vitaque æterna
fructificent.

2. Secundo ostendit quid vinitor sit factururus palmitibus. 1.
trugiferis, hoc est, ferentibus fructum, nempe, purgabit eos,
vt copiosorem fructum ferant. Habenti dabitur, inquit Mat.

25. Sic Noe cum diluuij calamitatem videt (Gen. 7.) Ioseph cū
in carcerem adducitur. (Ibidem 39.) Dauid cum in exilium à
suis pellitur (2. Reg. 15.) Ezechias cum Ierusalem obsideretur
(4. Reg. 19.) Daniel cum in lacum leonum mittitur (Dan. 6.)
Paulus cū passim ab omnibus oppugnatur (2. Corint. 1. 11.) &
Ignarius cū leonib⁹ ac bestijs obijcitur: purgatur. Tūc enim
purgamur quū aduersus Deū in tribulationib⁹ nō fremimus,
nō indignamur: sed retinemus fidem charitatē, ac sustētamur
spiritu sancto, ne opprimamur dolore aut desperatione, sed
cum tribus illis pueris Hebræis dicimus in medio ignis tri-
bulationis: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum,
& laudabile & gloriosum nomen tuum in secula: quia iustus
es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera,
&c. Peccauimus enim & iniquē egimus, &c. Dan. 3.

Purgat igitur pater pios homines à reliquijs peccatorum.
Nemo enim, etiam si sanctus sit, immunis est à peccato quā-
diu viuit in hoc mūdo. Opus igitur habet quotidiana purga-
tione. Hinc & Dauid ait Psal. 50. Cor mūdū crea in me Deus,
Et iterum, Inclina cor meum in testimonia tua, & non in
auaritiā. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Deinde
purgat eos, hoc est, humiliat & deprimit. Sicut enim palmes si
non puterent, in nimia altitudine crescunt, ac per hoc omnē suc-
cum in ramos & folia insunt: sic quod fructum ferre nō po-
test:

test: ita caro si pro sua libidine, etiam in sanctissimis ferretur:
Deus, si fieri posset, contumacia carnis è diuino maiestatis suę
solio deturbaretur. Audi enim in quantam altitudinem & su-
perbiam excreuerit rex Babel, Isa. 14. Ascendam, inquit, in cæ-
lum, & similis ero altissimo. Item: Quis est Deus in cælo, qui
vos eruat de manu mea? Daniel. 3. Non dissimilia loquitur rex
Tyri: Deus, inquit, ego sum, & in cathedra Dei sedeo, &c. Vsq;
adēo turgescit caro beneficijs saginata, & interim non putara
aduersitatibus & cruce. Sic pijs hominibus nonnunquā ex vir-
tutibus & donis crescit superbia. Natura enim nostra semper
alta expetit. Atqui superbia omnia opera nostra & fructus no-
stros vitiat. Nihil enim gratum est nisi quod ex humili corde
procedit, vt patet in Luc. 18. Itaque pater agricola credentem
purgat & humiliat. Primò, interdum id de quo gloriabatur ho-
mo, amputat & aufert, hoc est, dona sua: & hominē cadere per-
mittit. Sic Petrus cadere permisit, vt non gloriaretur de viri-
bus suis, Matth. 26. Alioqui si Petrus non cecidisset, quantum
tribuisset suę fortitudini, qui ante casum tanta præsumebat?
Etiam, inquit, si omnes scandalizati fuerint in te, ego nūquam
scandalizabor. Hic igitur opus habebat putatione, ne altius
cresceret. Deinde etiam aduersis & cruce suos purgat & humi-
liat Deus, ne nimium insolescant. Hęc igitur est spiritualis illa
circuncisio, quam totius cōmemorat Paulus, quæ non cōsistit
in litera, sed spiritu: quæ nō semel tantum fit, sed per rotam vi-
tam. Et hęc quidem purgatio vel putatio citra dolorē non fit.
Omnis enim disciplina, dicit Apostolus Hebr. 12. in præsentī
non videtur esse gaudijs: sed mœroris: (quemadmodum in Isa.
4. cap. dicitur, Purgabit Dominus sordes filiorum Israel in spi-
ritu iudicij, & spiritu ardoris.) postea autem fructus pacatissi-
mos adfert exercitatis per eam. Hinc & Dauid Psal. 118. Bo-
num mihi, inquit, quod humiliasti me. Et iterum Psal. 93. Bea-
tus quem tu corripueris Domine, &c. vt mitiges eī à diebus
malis, quibus scilicet impij perdendi sunt. Ideo subditur:

Vt fructum plus afferat. Vbi manifestè vides quod Dominus
non affligit vt perdat, sed vt sanct, quemadmodum agricola
putat palmites, non vt totum abscindat, sed vt purget, ad
copiosorem fructum ferendum. Hinc Ieremias orat trigesi-
mo cap. Castiga me Domine in iudicio: tamen non in furore.
Et Sapiens Prouerb. 3. Noli negligere disciplinam Domini.
Quem enim diligit, corripit, &c. Hoc idem ad longum docet
Paulus Hebr. 12. Duplicem igitur ex hoc verbo possumus ha-
bere consolationem, imo triplicem in aduersis. Primo, quod
Christus afflictiones nominat purgationē, per eas enim expur-
gantur reliquię peccati. Secundo, quod dicit afflictiones ideo
immitti, vt plus fructificemus. Tertio, quod dicit omnem pal-
mitem

*Natura hu-
mana sem-
per alta
expetit.
Superbia
omnes fru-
ctus bonos
vitiat.*

*Petr⁹ opus
habuit pu-
tatione.*

*Putatio
seu purga-
tio fructus
pacatissi-
mos adfert.
Deus non
affligit nos
vt perdat,
sed vt sa-
net.*

*Triplex cō-
solatio pro
fidelibus.*

mitem sic purgari. Non enim solus es qui affligeris: idem contigit omnibus sanctis: id quod Paulus diffusè probat ad Hebræ. 11. & 12. cap.

Vinitor quid facturus sit palmitibus in frugiferis.

Item ostēdit quid vinitor sit facturus palmitibus in frugiferis, hoc est, non ferentibus fructum: nempe, abijciet eos, ne nativum succum alijs intercipient. Sic Cain, Ismael, Esau, Saul, Achaz, Herodes, Iudas, hæretici, quum in malitia sua pergunt pernerē viuentes, dum sectas confingunt, falsam doctrinam docent, vt Lutherani, Calvinistę, Anabaptistę, &c. abijciuntur. Tunc enim abijcimur, quum aduersus Deum in tribulationibus fremimus & indignamur, oppugnamus virtutes, studia sancta, blasphemijs prosequimur Ecclesiam, sacramēta, opera pia, & omnem creaturam diris vouemus. Hoc euidentis argumētum, quod à Deo simus abiecti & deserti: sed ipse neminem deserit, nisi desertus, 2. Paral. 12. Observādum ex terribili hac sententia maximè hoc est, quod patrem dicit non tantum vepres excisurum, sed etiā quosdam palmites, hoc est, non tantum ethnicos eieciurum, qui iam igni adiudicati sunt, quia nō credunt, Ioan. 7. Itemque manifestè malos, sed etiam otiosos. Hinc pertinet ficus illa sterilis à Domino maledicta, Matth. 21. Itemque parabola de alia ficu quam paterfamilias omni anno visitans, &c. semper infructuosam inueniens, tandem excindi iussit, Luc. 11. hinc & Paulus Hebr. 6. Terra quę sæpe imbrem suscipit, & tamen spinas germinat, maledictioni proxima est. Deinde terrorem auget quod dicit, omnē palmitem in frugiferum excindendū. Nullus enim latere poterit, nec oculos huius agricolę fallere. Existimasti, inquit, inique, quod ero tui simihis, &c. Arguam te, & itatuam, &c. Psal. 49. Item Sopho. 1. Scrutabor Ierusalem in laternis. Maximè autem terret quod dicit, Tolle eum, hoc est, à Christo seiunger, vt nihil commune cum ipso habeat: quo quid grauius comminare potuisset? Hoc verbo supra Petrum mirum in modum terruit, vt exclamaret, Domine non tantum pedes, sed & manus & caput, Ioan. 13. Audierat enim à Christo, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Deinde tollet, hoc est, auferet ei humorem gratię, vt dictum est, quem acceperat: quemadmodum & seruo infideli pecunia quam in teram defoderat, auferretur, Matth. 25. Hoc modo Iudas amisit gratiam quam acceperat. Sic & Iudæi postea omnem Dei gratiam & fauorem amiserunt. Amisissa autem gratia quantum malorum sequatur, in Iuda & Iudæis videmus. Demum tollet infructuosum palmitem à gloria & congregatione sanctorum et felicitate. Sic Isaias 26, ait: Tollatur impius ne videat gloriam Dei: In iudicio enim separabit omnino oues ab hædis, Mat. 25. Quanquam igitur nihil adhuc de pœna sensibilis gehennę dicat, (hanc enim infra

Argumentum euidentis abiectiois & desertionis dicitur.

Formidolosa et terribilis sententiæ palmitem in frugiferum à vera vite abijci, excindi, et seiungi.

Pœna pœnarum est,

fra quoque explicabit) tamen etiam hic satis pœnarum est, alienum esse à Christo, amittere gratiam, excludi à gloria. Videre igitur hic licet, quod non sine causa ad Ecclesiam, quę est vinea Domini, vocati sumus. Videmus etiā pia opera necessaria esse ad salutem. Quod si sic punitur qui bonum fructum nō facit, quale iudicium eos manet, qui pessimos quosque fructus faciunt? Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? Luc. 23. Summa: Palmes infructuosus, est fides sine operibus. Sequitur:

alienū esse à Christo amittere gratiā, excludi à gloria.

Palmes infructuosus fides sine operibus.

Iam vos mundi estis. Ne Apostoli ex eo quod dixerat, Omnem palmitem non ferentem fructum, tollet pater, terreretur, quasi præter Iudam adhuc aliqui excindendi essent, dicit ipsos esse mundos & sanos palmites. Solet enim pium cor ad omnia Dei iudicia contremiscere, & quo generalius proferuntur, eo magis timent ne in se recidant. Sic supra cum diceret Christus se ab vno ex ipsis tradendum, omnes exterriti fuerunt. Impius autem nō timet Dei iudicia, nec credit, donec in ipsius caput recidat. Cæterum quod mundos eos dicit, non sic intelligendum est, quod omnino sine peccato essent. Nemo enim in hoc mundo ad tantam mundiciam peruenire potest, vt non necesse habeat dicere: Dimitte nobis debita nostra, Matth. 6. In multis enim peccamus omnes. Hinc & supra dixit, etiam his qui loti sunt opus esse vt pedes lauent, Ioan. 13. Item quod Pater etiam fructuosos palmites purgat, &c. Mundi autem erant Apostoli, Primò, ab errore incredulitatis. Secundò, à peccatis mortalibus, licet non omnino à venialibus. Tertiò mundi erant, quia propter fidem in Christum non imputabantur eis peccata. Mundi erant in Christo, & si in seipsis adhuc essent peccatores. Solet enim in scriptura credentes appellare sanctos, propter sanguinem Christi quo mundati sunt, & Spiritum sanctum quem acceperunt. interim autem ipsi se non nisi peccatores iudicant. Hinc Paulus 1. Timoth. 1. Christus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Attendendus autem ordo verborum: Primò pronuntiat eos mundos esse: quod proculdubio summè lætificauit corda Apostolorum. Quis enim non optaret hanc vocem audire, remissa scilicet sibi peccata esse? Beati, inquit, (Psal. 31.) quorum remissæ sunt iniquitates, &c. Pro hac enim remissione orat omnis sanctus in tempore opportuno. Quanquam & nos hanc vocem si volumus, possumus audire in absolute sacramento, scilicet post confessionem, &c. Verum ne Apostoli hoc vel sibi ipsis vel proprię iustitię aut meritis adscriberent, addit: *Mundi estis propter sermonem: demum addit, quem locutus sum vobis, ne putemus quemlibet, aut cuiuslibet sermonem mundare. Solus enim sermo Christi mundat, non autem hominis sermo. Propter sermonem, inquit, quem locutus sum vobis. Hinc autem sermonem possumus accipe-*

Ioan. 13. Cor pium ad omnia Dei iudicia contremiscit.

Impius nō timet Dei iudicia, donec in caput ipsius recidant.

Apostoli quomodo mundi fuerint.

Credentes in sacra scriptura appellatur sancti.

Solus sermo Christi mundat, non hominis.

*Verbū dei
quotupli-
citer nos
mundat.*

accipere vel eum quem de sua passione & resurrectione fecit, (per hæc enim mundamur) vel eum quo dixit, Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita: Vel eum quo dixit; Pacem meam do vobis. Quid enim est pax Christi, nisi remissio peccatorum? Qui igitur pacem Christi habent, iuste audiunt: *Iam vos mundi estis propter sermonem, &c.* Potest etiam intelligi generaliter de quocunq; verbo Dei. Verè enim verbum Dei aut Christi mundat, Malac. 3. Est enim quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonum, vnde de Christo ibidem dicitur, sedebit cōflans & emundans argentum, & purgabit filios Levi. Mundat autē verbum Christi: Primò, quia cor concutit peccatoris, vt etiā in medio cursu peccatorum quasi subsistat. Vnde in Ieremia 2. Verbum meum quasi ignis, & quasi malleus cōterens petras. Et Paulus Heb. 4. Sermo Dei viuus & efficax est, & pererrabilior gladio ancipiti. Secundo mundat verbum Christi, quia nos à mundo & ab impijs segregat. Sic verbum Dei Abrahamum eduxit & segregauit à terra & cognatione sua, & domo patris sui, Genes. 12. Hinc Christus Matt. 10. Non veni, inquit, pacem mittere, sed gladium, & separare hominem, &c. Tertio mundat, quia omnia à nobis vitia amputat, & etiam ab omnibus membris. Neq; enim verbū Dei aliquod vitium suffert, quod non reprehendat. Quarto mundat, quia ad omnia bona inducit & excitat. Vnde Dauid Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Et iterum Psal. 18. Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Quinto mundat, quia eum ostendit & ad eum dirigit, qui solus mundare potest. Non ad lacunas turbidas, sed ad ipsum fontem vitæ & puritatis Christum nos dirigit. Sexto mundat, quia est ipsum instrumentum & medium, per quod Spiritus sanctus nobis datur, sic loquente Petro, Act. 10. Spiritus sanctus cecidisse legitur super omnes qui audiebant verbum. Deum etiam ideo mundat verbum, quia sacramentis dat virtutem mundandi & sanctificandi; alioqui si verbum detrahatur, nihil faciunt sacramenta, imo non sunt sacramenta sine verbo. Accedit enim verbum ad elementum, & fit sacramentum. Detrahe verbū baptismo, & quid est aqua nisi aqua? Igitur etiam in aqua verbum mundat: Hæc Augustinus. Hinc Paulus dicit Ephes. 5. Quod Christus Ecclesiam quidem mundat lauacro aquæ: sed addit, in verbo vitæ. Sic verbum Christi etiam alijs sacramentis vim & efficaciam tribuit, &c. Videmus igitur verè dictum esse, nos mundari propter sermonem Christi. Palam item constat, quātus thesaurus sit verbum Dei, & quām cæci simus, qui hūc thesaurum tam nihili pendimus.

Hoc

*Verbū Dei
instrumentum
et me-
dium per
quod Spi-
ritus S. no-
bis datur.
Verbū Dei
dat virtu-
tem sacra-
mentis, sine
quo non
sunt sacra-
menta.
Thesaurus
incens ver-
bum Dei.*

Hoc itaq; verbo & Apostolos, omnesq; Christianos ad maiora hortatur, cum ostendit eos non frustra sibi inhæsisse, aut sermonem suum audiuisse. Quod si iam tanta acceperunt, quis dubitat eos maiora accepturus, si persistant in fide?

3 Tertio ostendit Christus, qui sint præcipui cultus in vinea Domini, id est, in Ecclesia Christi: nempe fides, spes, charitas. Vult enim Deus vt ipsum colamus manentes radicati & fundati in fide & charitate in ipso: ita vt hæc charitas non tantum Deum amet, sed etiam in Deo, & propter Deum, proximum diligat. Et qui hoc facit, manet in Christo, estq; verus eius palmes, & fructum expectatum adfert: ac Christus ei, tanquā viti palmes, per charitatem insertus, veritatē diuinam inspirat, inspirabitq; quādiu à charitate non exciderit.

2 Doctrina Ecclesiæ & sacramentorum vsus. Vult Deus, vt Ecclesiam sponsam suam, & matrem nostram, tanti faciamus, vt eius doctrinam & sacramenta veneremur ac suscipiamus, & à Christo in nostram salutem instituta confiteamur. Et verba Christi in illis manent, qui Ecclesiæ filij sunt obedientes, qui doctrinam eius, præcepta, & sacramenta suscipiunt tanquam diuina, & ab ipso Christo mandata instituta & ordinata.

3 Animorum consensus in charitate, fide, doctrina, & moribus. Vult item Deus, vt sciamus solam fidem nulli vnquā profuisse, nec profuturam ad salutem, nisi charitatem, qua Deus nos diligit, & sui dilectores facit, habeamus: quā iustificamur, qua & Deum super omnia, & proximum sicut nos ipsos amamus. Et qui charitate mutua se amant, ac manent in Christo, non sunt seditiosi, nec tumultuantur, nec odiis intestinis mutuo se prosequuntur. Sed cum Deus charitas sit, & qui manet in charitate, in Deo manet: charitas quæ omnia fert, omnia illa mala ab corde abijcit.

Et vt ad hanc salutiferam doctrinam capeffendā promptiores reddat, pollicetur precum exauditionem, fructum abundantiam, scilicet gratiam, remissionem peccatorum & alias virtutes: gaudium perpetuum, iustitiam, pacem, ac tandem coronam immarcessibilem, quam reddet Dominus vnique pro operibus suis. Hinc docemur insignem promissionem Deum facere iis qui in charitate & ex charitate orauerint: adeo vt ei qui ita orat, totum se præbeat.

Sed est norandum, quid Christus statim subijciat, scilicet: *Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea.* Hinc constat.

1 Signum, ex quo possimus considerare num in dilectione Christi simus, necne. Nam quicumque seruauerit mandata Christi, (inquit ipse Saluator) manebit in dilectione Christi. Ergo non ineptè inferimus, quicumq; non seruauerit mandata Christi

*Cultus præ-
cipui in Ec-
clesia Chri-
sti fides,
spes, chari-
tas.*

*Ecclesia tā-
ti faciendā,
vt eius do-
ctrinā et sa-
cramēta ve-
neremur ac
suscipia-
mus.*

*Charitas nō
est tumultu-
osa, nec se-
ditiosa.*

*Signum ex
quo cognos-
ci queat nū-
in dilectio-
ne Dei si-
mus, necne.*

Christi, non est discipulus Christi, etsi fidem habeat: sed manebit in ira & odio Christi. Est igitur fidelibus necessaria charitas, & obseruatio mandatorum Dei, vt gratiam Dei Domini nostri Iesu Christi adipiscamur, & in ipsa maneamus, & vt veros discipulos Christi nos esse cognoscamus.

Fides sola non sufficit ad conciliandam nobis Christum.

2 Elicimus ex hac scriptura, solam fidē non sufficere ad conciliandum nobis Christum, nec ad promerendam eius gratiā, dilectionem & iustitiam: neque eius veros discipulos, neque amicos nos facere.

3 Elicimus hinc, cōtra scripturas sacras facere atque docere, qui aliter quā per dilectionem, & mandatorum Dei obseruantiam, in Christo fideles manere posse dixerit. Nos igitur si in dilectione Christi & eius gratia manere volumus, seruemus eius mandata, maneamus in ipso, & ipsius verba mancant in cordibus nostris, quę viuens dixit discipulis, & discipuli nobis tradiderunt, de Ecclesia & eius capite, & auctoritate, & hierarchico ordine: vt seruatīs hic mādatis, vitam possimus consequi æternam. Amen.

EPILOGVS.

1 Congrua valde & opportuna similitudine docet Christus se ea bona quę in patre suo possidet, & quę per crucem meruit nempe, victoriā peccati, mortis, diaboli, & c. remissionem peccatorum, iustitiam salutem, & c. non sibi soli retinere, sed credentibus velle communicare, dicens. Ego sum vitis vera, & c. Quod (vt ait B. Augustinus) dicit secundū quod est caput Ecclesie, nosque membra eius, homo Christus Iesus. Vnius qui penaturę sunt vitis & palmites. Propter quod cum esset deus, cuius nature non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possemus.

2 Verbo Christo mundamur, & obediendo veritati per Spiritum sanctū cum charitate fraterna, Malach. 3.

3 Sine operibus nemo potest esse in Christo: O felices eos qui Christi palmites sunt, & ipsi per fidem & charitatem se insertos cognoscunt, qui que intelligunt, nihil gratię, nihil virtutis, nihil boni se habere, quod non à vite Christo proueniat. Recensentur item reprobatio et pena auertentium se à Christo, cum dicit, Mittetur foras arefci, in ignem mittetur vt inutilis palme & ardet.

IN FESTO B. MARCI EVANGELISTAE,
EPISTOLA ET EVANGELIUM REPERIENTVR
in festis diuorum inter Pascha & Pentecosten occurrentibus.

Litania duplex, maior et minor.

Hoc festo celebratur Romę Litania maior, vtpote in maiori loco, scilicet Romę, & à maiori, puta Gregorio Magno; necnon quia pro magno & grauissimo morbo pellendo

piē instituta est. Alia quę diebus rogationum fit, dicitur Litania minor, quia in minori loco scilicet Vienna, & ab humiliori Episcopo, B. nempe Mamerto, tēpore Clodouxi regis inuenta fuit, ad varia cum rerum, tum corporum & animarum pericula euadenda. Hęc Auitis archiepiscopus Viennensis, quem Ginnadius nominat inter viros illustres, & fuit B. Mamerti successor. Vtraque iam per totam Ecclesiam recolitur; & quod olim sanctē animo conceptum fuit, hodie Psalmis ac precibus sancta mater Ecclesia inclamat.

Litania Gręcę, apud nos supplicatio seu rogatio est, & fundata, & c. Luc. 18. Vbi dicitur, Oportet semper orare, & nō deficere. Item 1. Theff. 5. cum Apostolus dicit, Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite: Hęc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Nam si semper est orandū, certē etiam tum est Deo supplicandū, cum obedientię sacramento ad hoc obsequij genus inuitamur. Quod bonum est tenete, ait Apostolus. 1. The. 5. Pessimē ergo Apostolastri Litanias, Aduentum, Ieiuniū quadragesimale, Parasceū, & hoc genus piarum institutiones abrogant; Bacchanalia verò, Martinalia cōiuiua, Pētecostales cōpotationes, psittaci iocos, & arcus exercitia, & plurima id genus pessima prorogantes. Præposterī hi planē reformatores abusu sibi censuram vsurpant, noctem vertentes in diem, & tenebras in lucē. Vnde nec alios suos habent admiratores quā tenebrarū filios. At filij lucis norunt Litaniam esse maiore quā in die S. Marci peragitur, & est à S. Gregorio summo pontifice Romę instituta: esse etiam minore quā certis diebus, rogationū dies, appellatis exigitur, & esse in Galliis institutā à S. Mamerto Viennensi archiepiscopo. Per quā necessariū esse arbitror vt catholici istis diebus exhortētur, vt Ecclesię hunc, scilicet, supplicandi ritū perpetuare studeāt. Perpetuabūt iūc potissimum, cum ipsum ab omni abusu vindicauerint. Abusus est, sine verbi Dei prædicatione vtrò citroq; cursitare garriēdo, ridēdo, vociferādo, & c. Cantui qualicunq; plurimū, declamationi verbi nihil tribuere: Garrulitas leuis vulgi, & hoc genus abominationes nulla censura leuissimi cleri possunt cohiberi. Verbū Dei gladius est, etiam ipsas penetrās ossiū medullas. Huius sedula denūtiatione possunt tam cleri, quā plebis abusus corrigi, cum etiā eo Antichristus deniq; sit cōficiendus. Optimus supplicandi modus nec non impetrandi docetur Ioël. 2. cap. Canite, inquit, tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtū, cōgregate populū, sanctificate Ecclesiā, coadunare senes, cōgregate paruulos & fugētes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & spōsa de thalamo suo. Inter vestibulū & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicēt, Parce Domine, parce populo tuo, & c. Vide & lege etiam Ionę 3. cap.

Litania quid interpretetur. Litania fundata est in sacris literis.

Præposterī reformatores heretici.

IN FERIIS PHILIPPI ET IACOBI
APOSTOLORVM, EPISTOLA.

Sapient. 5.

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores illorum: Videtes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperata salutis: gementes pro angustia spiritus, dicent intra se poenitentiam agentes, & pro angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquand in derisum & similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos Dei sors illorum est.

Hac lectione docemur duo. Primo, quod sit discrimen inter piorum & impiorum vitam. Pii in hoc mundo varijs circumaguntur exercenturque tentationibus, molestiis, tristiis, afflictionibus, miseris. Spectacula sunt mundo & angelis, omnium peripsemata & reiectacula, 1. Cor. 4. Totam die morti destinantur, non secus atque onus abducuntur ad occisionem, Psal. 43. Exemplo sunt Lazarus, Luc. 16. Naboth, 3. Reg. 21. Impij contra hanc summa fruuntur pace, tranquillitate, lætitia, voluptate, & omniū rerum breuiter abundantia. Hi ad eod non affliguntur vnquam, vt ab omnibus etiam maxima vi defendantur. Imò vsque adeo rerum potiuntur passim, vt nemo illis, si maximè velit, possit vim inferre. Exemplo sunt, diues ille epulo, Achab, Iezabel, &c.

Sors et finis piorum & impiorum.

2 Secundo docemur, quis & qualis futurus sit finis piorum & impiorum, qualēq; sortem accepturi sint post hanc vitam. Audiamus de vtrisque Paulum, 2. Thess. 1. sic differentem: Nos ipsi (pura Apostolus & Syllanus) de vobis gloriamur in Ecclesijs Dei, de tolerantia vestra & fide, super omnibus persecutionibus vestris & afflictionibus quas sustinetis, documentū iusti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Si quidem iustum est apud Deum, reddere his qui affligunt vos, afflictionem: & vobis, qui affligimini, relaxationem nobiscum, cum reuelabitur Dominus Iesus de cælo cum angelis potentia suæ, cum incedio flammæ, qui infligit vltionem his qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi, qui poenam luunt interitum æternum à facie Domini, & à gloria fortitudinis illius, cum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in omnibus credentibus. Quemadmodum enim vtrorumq; vita inæqualis est, sic dispar quoq; exitus. Pii verò cum præsens vita transmissa fuerit, in die nimirum iræ, quando vniciq; retribuetur secundum sua facta, (Matt. 25. Rom. 14. 2. Corinth. 5.) stabunt in magna constantia aduersus impios, connumerabuntur inter filios & sanctos Dei, donabuntur æterna pace, fruuntur gaudijs cælestibus.

Vita inæqualis dispar futurus est exitus. Piorum sors post hanc vitam.

bus. In summa, meror illorum vertetur in lætitiā, inopia in diuitias, miseria in voluptatem, afflictio in gloriam, Ioan. 16. Apo. 21. Qui, inquam, hanc angustiantur propter iustitiam, tunc (hoc est, vt diximus, in iudicio) in constantia seu fiducia consistet maxima, qui hanc suis immerito exuuntur bonis. tunc æternis ditabuntur: qui hanc impijs habentur (pro ipsorum libidine) vel derisui, vel improperio, tunc summo in honore habebuntur: qui denique hanc censentur impij ac Dei hostes, computabuntur tunc inter filios Dei, interque Dei sanctos pijsimōsq; sors illorum erit. Dominus enim vindex est miserorum, qui etiam pauperum se assertorem futurum promisit, Matth. 5. Lucæ 6. Interim animæ occisorum iacent sub altari, voce magna clamitantes: Domine qui sanctus es & verax, quando tandem vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? An qui finxit aurem, non audiet? qui finxit oculum, non considerabit? Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Luc. 18.

Deus miserorum vindex, et pauperum assertor.

At contra diuersissima sors impios manebit. Ipsorum namq; pax momentanea vertetur in turbationem sempiternam, tranquillitas breuis in æternam destructionem, labilis lætitia in perennem tristitiā, voluptas fluxa in miseriā perpetuam. Et qui hanc angustiarentur pios, manus sanguine innocētum imbuerunt, oculosque suos cruore humano satiarunt atque oblectarunt, tum præ angustia spiritus gement, timebuntq; sibi admodum, qui hanc aliorum auferunt labores, tum bonis omnibus destituentur, qui & derident & opprobrijs afficiunt pios, tum vicissim deridebuntur, ac confundentur æternum: qui hanc deniq; sese venditant pro sanctissimis, aliosque præ se condemnant, tum in numero filiorum Belial ac impiorum deprehenduntur. Diffusè hæc docet Isaias cap. 65. Tum agnoscent pios, sed serò. Cuperent se eorum gloriam non videre, sed videbunt, & dentibus freudent. Non est enim minimum impiorum supplicium, quòd vident beatitudinem eorum quos ipsi in hoc seculo infelices sunt arbitrati, & nunquam non ludibrio habuerunt. O quàm horrenda diuitis purpurati, etiam Lazaro & Abrahamo miseranda mendicitas, qua saltem guttulam rogans aquæ repulsam patiebatur, Luc. 16.

Sors impiorum post hanc vitam.

Tum poenitebit eos impietatis, sed nimis sero. Sera poenitentia, quæ in illum differtur diem. In die iræ frustra gratia petitur. Omnia suum habent tempus. Temporibus medicina prodest. Hanc prædicatur poenitentia, sed ecce impij culpas culpis aggrauant. Vnde qui sua peccata hic confiteri & corrigere negligit, in futuro seculo hoc facere vellet, sed non poterit. Hic spes: quam qui per bona opera certā sibi facere supersedet, per

Supplicium non minimum impiorum, quòd vident piorum beatitudinem. Poenitentia impiorum sera. Temporibus medicina prodest.

carnem suam mundi prestigijs seductus perit. Posthac confitebuntur impij, primo, vt alios præ se contempserint. Secundo, vt ipsi malè vixerint. Quos hinc damnauerunt tanquam iniustos, illic iustitiæ admirabuntur: se verò tunc culpabunt, quorum hinc sui ipsius accusator nullus esse voluit.

*Sodalitium
impiorum
fugitandū.*

*Commer-
cium piorū
implecten-
dum.
Vt lucem
necessariò
comitatur
umbra, ita
pietatem
necessariò
sequitur
afflictio.*

Hoc iam discrimen probè obseruemus fratres. Expendamus vtrorumque vitam, vtrorumque mortem, finem ac præmium. Sed ita expendamus, vt meminerimus nos alterutram partem sequi oportere, velimus nolimus. Nihil enim tertium est. Si ergo consultum nos salutem nostræ cupimus, ne simus in impiorum tyrannorumque sodalicio, quantumlibet hi hinc benè habeant. Nam si hinc coram mundo pacificè, tranquillè, letè ac voluptuosè viuere animus sit, non est quod putemus nos coram Deo substitutos in iustorum numero. Nam sic apertè Psalmista Psalm. 1. Non resurgent impij in iudicio, nec peccatores in concilio iustorum. Sed laboremus vt simus in piorum seu iustorum commercio, quantumlibet hi opprimantur, affliganturque hinc, si coram Deo consistere velimus, inque iustorum referri catalogum. Nam qui ad beatorum sortem pertingere cupit, in mūdo afflictiones, dolores, tristitias, morbos paupertatem, miserias patitur necesse est. Necesse est, inquā. Quem a modum enim lucem necessariò comitatur umbra, sic quoque necessariò pietatem sequitur afflictio, Act. 14. 2. Tim. 3. Eligamus ergo momentaneam afflictionem, vt consequamur gloriam æternam. Eligamus breuisculam mœstitudinem, vt adipiscamur gaudium sempiternum. Eligamus miseriam temporaneam, vt voluptatem nanciscamur nunquam finiendam, Moysis exemplo. Heb. 11. Longè enim præstat, hoc in mundo ad tempus modicum angustiari, spoliari, derideri, ac damnari, quàm illic torqueri æternum. Nam id quod in præsentem est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æterni gloriæ pondus operatur in nobis, &c. 2. Corinh. 4.

EPILOGVS.

- 1 Sors iustorum & impiorum in hoc mundo adumbratur varia. Hoc nimirum in mundo varia incommoda excipere oportet pios, impij contrario omnem suam egregiè explent libidinem.
- 2 Constantia iustorum posthac ostenditur, quòd scilicet iusti iniustos vicissim reos agent. Hac Græcè vocatur parrhesia. Item impiorum cõturbatio terrificæ & eam epetastin vocant. vnum saltem instanti horrore est remedium, nempe vt peniteamus subito, ne nos mox præueniat mors.
- 3 Dispar vita disparem sortitur exitum. Nam gloria Christi manet miseris, quos mundus hic ridet: idola autem gloriæ si huius mundi, cruciatus æternus, ululatus, & stridor dentium, Matth. 22.

IN

IN FERIIS EORVNDEM APOSTO- LORVM, EVANGELIVM.

In illo tēpore, Dixit Iesus discipulis suis: Nō turbetur cor vestrū *Creditis in Deū, et in me credite. In domo Patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis, Quia vado parare vobis locū. Et si abiero, et preparauero vobis locū: iterum veniā, & accipiā vos ad meipsum, vt vbi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viā scitis. Dicit ei Ithomas, Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viā scire? Dicit ei Iesus, Ego sum Via, Veritas, & Vita. nemo venit ad Patrē nisi per me. Sī cognouissetis me, & Patrē meū viiq; cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eū. Dicit ei Philippus, Domine ostēde nobis, Patrē & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tāto tēpore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & Patrē. Quomodo tu dicis Ostende nobis Patrē? Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso nō loquor: Pater autē in me manēs, ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amē amē dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horū faciet, quia ego ad Patrē vado. Et quodcumq; petieritis Patrē in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio.*

Ioan. 14.

In hoc Euangelio Christus facit tria.

1. Consolatur suos discipulos contra imminētē crucem, promittitque celestem habitationem apud Patrem. In hac consolatione vtitur valde familiaribus verbis, vt facillè sit videre quantum diuinum eius cor amore in discipulos flagrārit, necnō quā sollicitam eorum curam habuerit, vt etiam suæ passionis obliuisceretur. Ait autem, Nō turbetur cor vestrum, neque formidet. Signanter dicit, Non turbetur cor: tum quia impossibile est vt natura nō turbetur & exhorreat crucem, id quod & in Christo videmus, tū vt doceat consolationes suas cor respicere, nō corpus. Externo enim homini crucē imponit, internū consolatur: Sic enim vtriq; conuenit: Crux externo, ne lasciuiat: quia qui delicatè nutrit seruū suū, inueniet eū contumacē. Prou. 29. Cibararia ergo & virga & onus asino: panis & disciplina & opus seruo, Eccl. 33. Cōsolatio interno homini, ne deficiat. Psal. Secundū dolorem in corde meo cōsolationes tuæ lætificauerunt animā meā. Nō igitur prohibet quamcumq; turbationē, (quomodo enim pater continuò moriturus, tantam à pupillis suis exigeret fortitudinem, vt secum pariter ad mortem duci non vereantur?) sed inordinatam, quæ rationem præuenit, & impedit, paci que & tranquillitati opponitur: quæ turbatio cōsurgit ex animi passione inordinata, tristitia scilicet, ira, aut dolore.

Est autem hic verborum sensus: Quoniam satanas expetuit vos vt cribraret sicut triticum, & tanta tritura vis erit, vt dispergamini omnes, & me solum relinquatis: hoc vnum restat

*Consolatio
cōtra cru-
cem, pro-
missio ce-
lestis habi-
tationis a-
pud patrē.
Matth. 26.
Homini ex-
terno Deus
crucem im-
ponit, in-
ternum cō-
solatur.
Turbatio
inordinata
prohibetur.*

Lucæ 22.

Ii 3 per

persuadere, vt corporaliter dispersi, saltem corde imperturbato permaneatiscum in tentationibus meis. Ne turbemini ergo, etiam si audiatiscum moriturū, neque vllus metus vos opprimat: non enim ira abeo, vt omnino sperarer à vobis, sed vt abitu meo maiora vobis bona acquiram & parem. Deinde nō formidet cor vestrum de vestra persecutione. Non enim tanta ingruent mala quę à Deo vos separent: non derelinquemini in auersis. Est autem hic locus amplissima consolatio in aduersis. Hinc enim discimus, quod & si Deus tempore aduersitatis videatur abire, abscondendo consolationes, gaudia, vitam, ac felicitarem, & relinquendo in nobis aduersa, tristitias, mortem, damnationē, interim tamen hoc abitu suo vera nobis bona parat, adeo vt absconditio Dei sub cruce, non sit perpetua piorū derelictio, sed maiorū bonorum officina. Vnde non immerito monet Iac. 1. Omne gadiū existi mate fratres, si in tētationes varias incideritis, scientēs quod probatio fidei vestrę patientiā operatur, &c. Quis enim turbationi dabit locum in corde suo, cum audiat Christum dicentem, Non turberur cor vestrum, neque formidemus, quāuis hinc Turca, illinc Mauri, aliunde Lutherani, & reliqui hæretici in nos insurgant. Summatim docens oportere certaturos omni abiecto terrore labores & pericula pro vera gloria libenter subire. Magnum enim fortitudinis fundamentum est mēs & animus non turbatus.

Consolatio amplissima in aduersis. Absconditio Dei in cruce nō est perpetua piorū derelictio, sed maiorū bonorum officina.

Magnū fortitudinis fundamentū, mēs & animus nō turbatus. Munitio contra scandalum crucis. Luc. 24. Indicat Christus se deum esse, et deo equalē, vnde & animi fiducia in ipso collocanda. Matth. 11.

Creditis in Deum et in me credite. Quemadmodum priori verbo eos consolatus est de suo discessu, & ipsorum persecutione sic hoc verbo eos munit contra scandalū crucis. Quia enim Christus crucifigitur, non creditur esse salutis auctor. Vnde & discipuli dicebant: Nos sperabamus quod ipse redempturus esset Israël. Igitur hoc verbo indicat se Deum esse, & Deo æqualē, indicatque se resurrecturum, quasi dicat: Si in Deum creditis, id est, si ipsum iudicatis potentem, quē nulla vis aut potentia deprimere potest, bonum supremum, in ipsoq; animi vestri fiduciam collocatis. sperantes quod possit vos liberare idē de me vobis pollicemini, certiue estote nec tantillū maiestatis meę quam habeo in patre, posse propter crucem futurā perire. Credite in me, qui sum æqualis patri. Sic alibi monet: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.

Docemur ergo hoc verbo, ne alios iudicemus Deo cōtrarios si videamus eos aduersa pati, dummodo non propter impietatem patiamur, deinde ne putemus nos à Deo reiectos aut omnino perituros, si aduersis subdamur, quandoquidem & Christus mala quidem perpeffus est, nec tamen ideo minus à Deo dilectus, nec quicquam illi propter hoc decessit. Hoc tantūm qui-

quilibet curet, ne patiatur vt homicida, aut alioquī impius. Si autem patitur citra suum demeritum, beatus est. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, ait Petrus.

Græci legunt, *Credite in Deum, & in me, &c.* Secundū hoc igitur docet, quibus armis se præmunire debent aduersus omnia mala, nempe, fide in Deum. Hoc est enim scutum illud, in quo omnia tela nequissimi illius ignea extinguntur. Hęc est victoria quę vincit mundū, fides nostra. His armis gloriatur Dauid cum dicit: Dominus illuminatio mea & salus mea, quē timebo? Credamus ergo & nos Iesum Christum Patri equalem potentia maiestate ac gloria. In eum credētes, speremus quod nisi nostra peccata impediunt, nos liberaturus sit de ore leonis. Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Rom. 8. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Psal. 117.

In domo patris mei mansiones multe sunt. Quasi dicat. Si satan & Iudæi impij tyranni vos ad suas sedes admittere noluerit, ne turberur cor vestrum. Nā in domo Patris mei mansiones multe sunt. Dulcissima consolatio ex hoc quoque verbo elicitur. Quid amicabilius nobis vel familiarissimus amicus promittere potuisset, quā si dicat, si alibi non est tibi locus, si incerta sede vagaris, diuertere ad me, non in viciniam, non in hospitium sed in domum Patris mei: te gratissimo animo excipiam. Hęc habitationem optauit Dauid, quādo dicebat (Psal. 26.) Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meę, Item Paulus, Philipp. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo.

Eandem verbum hoc sententiam habet vt illud Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Sic hic sensus est, Non est quod vel propter meum abscessum vel vestrum periculum, despondeatis animum. Iam enim vobis paratum est regnum patris mei ab exordio mundi & electi estis antequam iacerentur fundamenta orbis. Proinde non est quod vobis possit incommodare siue peccatum, siue mors, siue mundus, siue diabolus. Nemo enim potest electos rapere de manu Patris mei. Domus autem Patris ipsum calū est, vbi sancti æternū requiescunt, lætantur, & Deus in sua gloria conspicitur. Huius regni promissione & spe contempserunt sancti omnia regna mundi, & ornatum seculi, mortē, tyrannos &c. Hac fide Moses grandis effectus est, & negauit se esse filium filię Pharaonis, magis eligens cum populo Dei affligi, quā temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias estimans thesauris Aegyptiorum improprium Christi, respiciebat enim in remuneratorem. De hac promissione exultauit Dauid dicens. Lætatus sum in his quę dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

1. Pet. 4. Matth. 8. 1. Pet. 3. Fides scutum aduersus omnia mala. Ephes. 6. 1. Ioan. 5.

Dulcissima consolatio, quod incerta sede vagantibus promittuntur mansiones stabiles

Ephes. 1.

domus Patris calum est.

Heb. 11.

Psal. 121.

In celo
sunt m^osto
nes stabi-
les, certæ
& perpe-
tua.
Heb. 13.
Mansiones
ab eterno
paratæ
sunt, sed in
solo Chri-
sto, per solū
Christum
& propter
solum
Christum.

Capacitas
celi.
Baruch. 3.
Differen-
tia futura
glorie.
1. Cor. 15.

Vita beati-
tudo est
omnium
electorum
quo ad ob-
iectum.
sed secundum
diuersa
merita,
diuersa
sunt dona
glorie.
Isa. 64.

Emphasim habet & illud quod dicit: In domo Patris sunt mansiones. Nō tantum habitationes ad tempus durantes, sed mansiones stabiles, certæ & perpetuæ. Hic enim nō habemus manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, &c. Item 1. Corinth. 5. Cum domus hæc nostra dissoluitur, scimus, quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manu factam in cælis, &c.

Verūm hic quæstio oritur: nempe, si paratæ fuerint cælestes mansiones ante Christi aduentum, cur ergo is venerit, & quomodo ipse suo abitu parauerit locum? Respondemus: Sūt qui dem paratæ mansiones illæ electis, antequam etiam mundi fundamenta iacerentur, sed in solo Christo, per solum Christum, & propter solum Christū mediatorē & intercessorem: ideoque non potuit aperiri ianua & aditus ad eas, nisi Christus easdem & sua doctrina ostenderet, & suo abitu referret. Hebr. 10. Non est enim virium humanarum accedere ad Deū ascendere in cælum, iustificari & saluari: Ioan. 3. Nemo enim ascendit in cælum, nisi qui descendit, &c. sed solius Christi hoc opus est, tū denique obstabant peccata & maledictio, iraque Dei. Necessarius igitur erat Christus, vt nos à peccatis mundaret, & spiritu suo ad mansiones suscipiendas præpararet & cōfirmaret, accessum nobis ad cælū & ad Deū pararet.

Ostendit Christus hoc verbo: Primum cæli capacitātē, dicendo, Ibi mansiones multæ sunt, iuxta illud: O Israel quā magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Deinde per hoc verbum indicat etiam differentiam futuræ gloriæ. Sicut enim stella à stella differt in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum. Et sicut alia est claritas Solis, alia Lunæ, alia stellarum, sic & mansiones multæ sunt, & in gloria differunt. Veruntamen omnes in firmamento immortalitatis & incorruptionis stabilitæ sunt, quemadmodum & stellæ. Vna quippe beatitudo est omnium electorum quo ad obiectū, sed non æqualiter ab omnibus participatur: quinimo sicut diuersa sunt merita viuentium, sic diuersa sunt dona gloriæ. In summa, retributio certa est, tantum vt nos parati simus, & viā aggrediamur, eoque tendamus.

Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Quasi dicat, Si quo minus, id est, si aliter res se haberet, ac soli mihi esset locus, dixissem vobis modo: quia vado vobis parare locū. Auferam de medio animarū voratores, satanam, mortem infernū, vt liberum ac tutū habeatis aditum ad Patrem: quod non fieret, nisi mea morte intercedente. Nunc igitur non dico paraturū mansiones, sed vos parabo mansionibus, quia adhuc estis in peccatis vestris omnes filii Adam, quemadmodū ingenuè facti sunt prophete. Facti, inquit, sumus immūdi omnes &c.

&c. Vado ergo lauare vos à peccatis vestris in sanguine meo, vt digni sitis introire in illas sydercas mansiones, in illa cælestia sancta sanctorum, vt sitis regnum & sacerdotes: quia non aliter suscipient vos illæ mansiones, iustè ac legitime hæcenus exheredatos pro communis patris vestri vitio, nisi per me alium patrem, secundum scilicet Adamum in morte mea vos regenerantem, introducami, ordine iustitiæ seruato. Verè igitur parauit Christus nobis locum, moriendo, Spiritū sanctum mittendo, & pro nobis Patrem interpellando. Nam in passione orans cum lachrymis, exauditus est pro sua reuerentia. Heb. 5. Et quid certius verbo Dei, quod permanet in æternum? Si quo minus, dixissem vobis. Quia quæ Christus tradit indubitata fide vult à nobis credantur. Ipse sua bonitate præcedit, vt iter quod nobis est ingrediendum, prius à latronibus liberet, potestates aereas vincat, liget, praua directa faciat, & montes humiliet, & conualles impleat, Isa. 40.

Si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis. Quasi dicat, Et quamuis modo discedam, non vos prorsus deseram. Longè mihi chariores estis, quàm vt vos inter tot lupos ac tyrannos absq; cōsolatione relinquam, non ita ingrediar in regnum Patris mei, & dominium super peccatum, mortem & diabolium, vt illud mihi soli retineam, sed vt & vobis illud parem. Sicut enim nō mea causa descendi in carnem, sed vestra: sic & vestra causa nunc iterum ad regnum Patris contendo. Iterum igitur venio ad vos, scilicet, resurgendo à mortuis, pace inter Deum & vos reformata, pacem & remissionem vobis annuntians ascendendo, & Spiritum sanctum mittendo. Nihil igitur aliud vult, quàm quod David dicit Psal. 67. Ascendit in altum, dedit dona hominibus. Abijt siquidem morte, redijt autem resurrectione, ascensione, spiritus sancti missione, quibus rebus sese proprium nobis donauit, & distribuit, dicens: Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem mundi, Matth. 28.

Vel sic potest accipi: Iterum veniam, tempore mortis, vel in iudicio futuro, carnis resurrectione, iuxta illud, Ecce venio cito, & merces mea mecum: item iuxta illud 1. Thes. 4. Ipse Dominus veniet in iussu & voce archangeli, &c. & tunc in sedes illas vobis ab origine mūdi destinatas vos assumā: vt vbi ego sum, illic & vos sitis. In huius figura Ioseph olim fratres suos ad se assumpsit, ne perirent fame in terra Chanaā. Genes. 46. Maxima etiam consolatio in his verbis latet. Nihil enim suauius, nihil grandius nobis polliceri potuit, quàm cum ait: Vbi sum ego, illic & vos sitis. Admirantur cæli, pauēt inferna, vbi audiunt hominē cum Deo futurū, creaturā cum creatore,

Apoc. 1.

Apoc. 5.

Locū quomodo nobis Christus parauerit.

Ab eundo Christus suos non deseruit, sed profuit.

Reditus Christi quid sibi velit.

Apoc. 22. Figura apertissima.

Suauius et grandius nihil, quàm vt ibi sit adoptatus, vbi est vnicus.

*Norme Christi
Sic quid co
prehendat.*

*Apostolica
traditio est
orationes
concludere
in nomine
Domini no
stri Iesu
Christi.*

*Os nostrum,
oculus no
ster, & de
xtera no
stra Chri
stus.*

*Patrem in
seipso Chri
stus ostendit
Apostolis,
atque seip
sum va
rijs manife
stauit mo
dis.*

*Matth. 3.
Matth. 17
Matt. 16.
Ioan. 14.
Galat. 4.*

seruum cum Domino, peccatorem cum ipsa sanctitate. Sicut enim Deus benedixit Laban propter Iacob (Gen. 30.) Ægypto propter Ioseph, Ibid. 39. Syriæ propter Naaman (4. Reg. 5.) & Persiæ propter Daniele matra propter Christum & propter nomen eius, id est, propter incarnationem, natiuitatem, passionem ac mortem, atque propter alia sacramenta & mysteria generis humani concedit nobis Deus omnia quæ ad salutem corporis & animæ sunt necessaria. Ita propter sanctos ac iustos seruat regna, ciuitates, imperia, priuatas ædes; in ipsisque pacem & temporalia interdum multiplicat. Ita etiam propter dilectum suum filium atque sanctos Ecclesiam catholicam immunem seruat ab hæresibus. Ideo (ex Apostolorum traditione) in fine earum orationum quas vniuersalis canit Ecclesia, semper concluditur: Per Dominum nostrum Iesum Christum, id est, per virtutem passionis eius & mortis, petimus nobis concedas quod supplicamus. Ambrosius lib. de Isaac & anima ait, loquens de Christo, Ipse enim os nostrum est, per quod Patri loquimur: oculus noster, per quem Patrem videmus: dextera nostra, per quam nos Patri offerimus: quo nisi intercedente, nec nobis, nec sanctis, quicquam cum Deo est. Sicut enim nihil Deus Pater nobis concedit, nisi per Christum, ita nihil à nobis ut gratiam accipit, nisi per Christum oblatum.

Et quo vado scitis, & viam scitis. Quibus verbis ostendit quanta iam acceperint, & quid ipsis restaret, q. d. Quo vado scitis. Nam Deum Patrem ad quem vado, in meipso ostendi vobis, ad hæc meipsum (qui sum via ad Patrem) vobis manifestaui, primo prædicatione verbi mei, deinde voce Patris supernè delata, postea miraculis, postremo glorificatione mea, quam aliquibus vestrum ostendi in monte Thabor. Huc accedit quod vos ipsi confessi estis me esse filium Dei. Nihil igitur ad felicitatem vestram deest, nisi quod nondum nec patrem nec me reuelatè cognoscatis. Absoluam autem & hoc opus per crucem & mortem meam, qua impetrabo vobis spiritum sanctum. Is enim docebit vos omnia, & clamabit ad Deum in corde vestro Abba pater: hoc est, declarabit manifestè Deum esse patrem vestrum, & vos per me filios Dei. Monemur & nos hoc verbo cogitare, quanta acceperimus præ alijs, ut grati simus, & benè vtamur acceptis: alioqui verbum hoc nobis omnè excusationem aufert.

Dicit ei Thomas Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Obiectio hæc Thomæ occasionem inde sumpsit, quod dixerat Dominus scire discipulos quo ipse vaderet, & viam etiam illos scire. Hoc igitur vtrunque negat Thomas, scire nimirum se aut locum aut viam, quo & quâ iurus ille esset: nõ quod mendacij cum arguere voluerit, sed tantum prodiit & inge-

ingenuè fateretur suam ignorantiam & carnalitatem, ut Christum prouocet ad clarius ostendendum quo ire vellet. Verum docemur nos hinc quàm profunda sit ignorantia in rebus Dei, & ad Christi regnum pertinentibus. Consolationem quoque hinc (& inde præsertim, quod Christus tam leniter & patienter fert Thomæ inscitiam, ipsumque ad meliora instruit) haurimus, ne scilicet ilico despondeamus animum, nosque reiectos à Deo esse putemus, si quando in fide titubauerimus, & nos non statim operibus, & verbo Dei accommodauerimus per omnia, modò tamen instrui nos sinamus, & parati simus meliora amplecti. August. Errare, inquit, possum, sed hæreticus esse non possum.

2. Secundo, Si de via dubitauerimus, docet se esse viam ad patrem. Dicit enim: *Ego sum via, & veritas, & vita.* Thomæ mirum videtur, quod Christus dicat eos viam scire. Ideo respondet, Domine nescimus quo vadis: & quomodo possumus viam scire? Sed quomodo hæc conueniunt? Christus ait eos viam scire, Thomas autem negat. Sciebant discipuli Christum passurum, & confitebantur eum esse filium Dei: sed hæc confessio fuit infirma, fuitque adhuc in eis quædam incredulitas (vt dictum est) & scripturæ ignorantia. Sed Christus dignatur Thomam illustri responso, qui euidentissimè explicat se vnicum esse saluatorem; & extra se non esse salutem: se, inquam, esse viam vnicam ad patrem, per quem solum iustitiam & salutem consequamur: se esse veritatem, qui & ipse natura verax sit, & nos veraces faciat, extra quem omnia sint mendacia ac vanitas, se esse vitam, qui solus sit immortalitatis fons, qui solus viuificet, & æterna vita nos donet. In summa, se esse omnia in omnibus, & ait: *Ego sum via, & veritas, & vita.* Quo verbo nos omnes consolatur & roborat in omni tentatione, & maxime in morte. Ego, inquit, sum via, per me euadetis. Ego veritas: sine dubio erunt quæ promissi. Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Ego vita: igitur nec mors impedire potest quo minus ad me perueniatis.

Nemo venit ad Patrem nisi per me. Primo sic intelligitur, Nemo cognoscit patrem nisi per me. Deum enim nemo vidit vnquam: vnigenitus filius enarrauit nobis. Secundo sic, Nemo venit ad patrem, &c. Hoc est, omnia alia nos absterrent, ne patrem accedere audeamus. Primo ratio humana ignorans Dei, deinde peccata, præterea lex, quæ Deum proponit ut iudicem. Postremo etiam diuina maiestas sublimior est, quàm vt possimus ad eam viribus humanis accedere. Solus denique ipse est medium & via, & ostium quo ad patrem peruenimus. Consequitur igitur non satis esse in patrem credere, nisi credamus & in filium. Itè consequitur, quod nullis nostris viribus & operibus salutè conse-

*Ignorantia
et carnali
tas Thomæ
Ignorantia
humana
profunda
in rebus
Dei, & ad
Christi re
gnum per
tinentibus.
Christus
via, veri
tas, & vita.*

*Christus
omnia in
omnibus.
Consolatio
in tentatio
ne & ma
ximè in
morte.*

*Psal. 88.
Medium,
viz et ostiū
Christi est,
per quæ &
Patrem co
gnoscimus,
& ad eum
peruenim?*

*Ioan. 10.
Nõ sufficit
in Patrem
credere, nisi
etiã creda
mus & in
Filium.*

confe-

Ephes. I.

consequi possumus, nisi in Christum credamus. Non enim propter opera nostra in se nos Deus gratos habet, sed propterea quod in Christum credimus: Gratos, inquit, nos sibi fecit in dilecto filio. Si cognouissetis me, & patrem meum utriusque cognouissetis, &c.

Crassities
Philippi.

Hic Philippus, inquit, Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Hic Philippus, uti Thomas antea, ingenij sui crassitiam exierit. Non vult enim fide & Christi verbo esse contentus, sed certò sentire & cernere vult res creditas. Item solū patrem cupit, exclusq; interim Christo, in quo solo innotescit Deus pater. Christus respondit, increpans Philippum: *Tanto tēpore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrē, &c.*

Patris &
filij indi-
uidua ope-
ratio.

Hic de sua diuina natura plenius loquitur: docetq; ut in persona alius est à patre, ita se ipsa substantia prorsus vnum esse cum patre, item se expressissimā esse patris imaginem, ut per quem solum innotescat & natura & voluntas patris, suam quoque & patris operationē esse indiuiduam, ita ut suum verbum sit patris verbum, & patris verbum contrā suum. Patris opera esse opera sua, & sua vicissim esse opera patris. Et ut verba & facta Christi sunt patris: ita verba & facta Apostolorum, & omnium ministrorum, sunt Domini nostri Iesu Christi. Si quando igitur audis prædicari Euangeliū, vides paruulum baptizari, peccatorem absolui, alia sacramēta administrari, traditiones apostolicas tractari: poteris ac debes dicere, Hodie vidi opus Dei, imò ipsum Christum vidi Euangelium prædicantem, baptizantem, absoluentem, sacrificantem aut alia sacramenta operantem. Nam lingua & vox quidem hominem sonant: sed officium, verbum, authoritas & virtus Dei est. Qui non ita sublimiter sentit de sacramento administrato per simplicem sacerdotem, nec eadem reuerentia suscipit eius doctrinam catholicam, etiam à malo sacerdote traditam, atque si ab aliquo Apostolorum reciperet: iniuriā facit Christo, qui ait, Luc. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit, &c.

Opus dei,
Euāgelium
Christi, imò
Christus
ipse adhuc
hodie vide-
tur, & an-
datur in
Ecclesia.
Pollicitatio
de exaudi-
tione precū
in nomine
eius.

3 Tertiò pollicetur discipulis & omnibus fidelibus Christianis à patre dandum, quicquid sint in nomine suo petaturi, hoc est, fiducia virtutis & meritorum eius. Et bis repetit hæc verba: *Quicquid petieritis in nomine meo, & per nomen meum, hoc faciam, ut glorificetur pater per filium.* Quasi dicat, Per meam passionem, mortem & resurrectionem, vincam satanam, peccatum, mortem, infernum, & ad dexteram patris sedebo, ut potenter imperem, & omnia mihi subijciam: ut possim dicere satanæ, morti & inferno, Vbi est mors victoria tua? Obmutescite satana, 1. Cor. 15. Marc. 1. & vobis Apostolis & concionatoribus, Tu Petre, Paule, Thoma, euntes prædicate euangeliū vniuerso mundo, omni creaturæ: absque personarum acceptione. Si vos acceperint,

acceperint, pacē illius annuntiate per me inter Deum & genus humanum operatam, & prædicate illis quæ audistis et vidistis. Erigite Ecclesiam catholicam, tradite sacramēta: præceptorum doctrinam, quæ necessaria est ad salutem, diligenter declarare.

Christus vnus Deus, vna substantia cum patre est. Qui in Christum nō credit, is nunquam ad notitiam patris perueniet: multò minus ad æternam vitam. Christus enim est via, veritas, et vita. Qui eam viam rectā sequitur, is errare nō poterit. Qui in hac veritate, scilicet Christo, manet, is falli nequit. Qui in charitate Christi manet, manseritq; vsq; ad mortem, is veniet ad patrem, superato omni periculo carnis, mundi atq; diaboli. Christus ipse est aduocatus. vnde 1. Ioan. 2. Si quis peccauerit, aduocatum habemus, etc. Ipse est intercessor. vnde Paulus Rom. 8. Iesus qui ad dexteram Dei sedet, qui etiam pro nobis interpellat, etc. Ipse est mediator. vnde 1. Tim. 2. Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, etc. Ipse est Saluator, vnde ad Philip. 3. Saluatorem expectamus, etc. Ephes. 5. Christus caput ecclesiæ, ipse est saluator eius. Ipse est redemptor, vnde Isa. 54. Redemptor tuus sanctus Israel, dominus, etc. Ipse est magister, vnde Ioan. 13. Vos vocatis me magister et dominus, etc. Ipse est pastor, vnde Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, etc. Ipse est sacerdos, vnde Danid Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum. Ipse Christus est iudex, vnde Petrus Act. 10. Constitutus est à Deo iudex viuorum et mortuorum.

Aduocatus
noster Chri-
stus, inter-
cessor, me-
diator, re-
demptor,
magister,
pastor, sa-
cerdos, &
iudex.

EPILOGVS.

1 Christus abiturus à suis, multis argumētis eos cōsolatur multipliciter turbatos. q. d. Ne despōdeatis animum, quod prædixerim vobis atracia ea quibus me accipiet synagoga, & quod prædixerim vos manere similia, succedet enim huiusmodi maxima gloria. Hac etiānum cogitatione armemur et nos. Hac cogitatione etiā perumpamus quæq; durissima. 1. Cor. 4. etiā si vita & omnia quæ possidemus, ponenda sint in extrema pericula. 2 Christus Alpha & ω, exordium medium, & finis salutis nostræ. Initium salutis nostræ est trāsitus à peccato ad iustitiā, & ex ira in gratiam Dei. Medium est cognoscere veritatē. Finis autem est, apprehēdere vitam æternam. Omnia autem hæc per Christum consequimur. Ipse enim est viuum illud verbum Dei, quod fide apprehensum ducit ad Deum, hoc est, è peccatis ad iustitiam, è morte ad vitam, è tristitia ad gaudium, è damnatione ad salutem. Item verbum Dei est ipsa veritas: omnia alia sunt falsitas et vanitas. Est quoq; verbum Dei vita, nō ob id tantum, quod omnia per ipsum creata sunt, sed etiā ob id quod credētes recreat et renouat noua spiritus regeneratione: reliqua omnia sunt mors & perditio. Quia igitur Christus est verbum Dei, cōgruè dicit, Ego sum via, veritas et vita. In summa, indicant hæc verba, quantus nobis thesaurus sit Christus.

Ioan. 1.

3 Iesus Christus verus est & homo & Deus, Humanitate quidem interpellat

terpellat pro nobis, & apud patrem petita nobis impetrat: Diuinitate verò ipsemet facit & largitur petita, non minus, quam ipse pater. Propterea tam insigniter hic dicit, Ego faciam: vt certi simus eadem ipsi esse potentiam quam pater habet. Huic ergo debemus, & per hunc nobis donatur vt credamus, vt bona operemur, vt in aduersis perstemus, vt exaudiamur, vt denique veniamus ad patrem, & saluemur.

IN F E S T O I N V E N T I O N I S
S A N C T Æ C R V C I S, E P I S T O L A.

Galat. 5.
& 6.

Fratres, Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumq; est ille. Ego autè fratres, si circumcisionè adhuc prædico: quid persecutionè patior? Ergo euacuatiù est scandalù crucis. Vtinam et abscindantur qui vos cõturbant. Quicumq; enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circumcidi, tantùm vt crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi: vt in carne vestra glorientur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Notas depingit veterorum & falsorum doctorum.

In hac lectione Epistolari certæ nobis notæ proponuntur, quibus dignoscere valeamus veros Apostolos seu catholicos concionatores è falsis & pseudodoctoribus, doctores è seductoribus, pastores è lupis: verum itè Christi populù à pseudochristianis. 1. Primò falsi signis his præditi sunt, quòd subintrocunt non missi, Hier. 23. quòd palpum auditoribus obrudant, quòd in illorum gloriantur carne, quòd externa solum opera & cæremonias vigeant, quòd passionis Christi derogant merito, quòd denique huc omnes suos conatus dirigant, ne pati persecutiones cogantur, tales videlicet erant, de quibus hic Paulus peculiariter agit, eorumq; notã his verbis depingit ac commonstrat, d. *Quicumq; volunt iuxta faciem placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantùm vt crucis Christi persecutionem nō patiantur. Neq; enim qui circumciduntur, legem custodiunt, sed volunt vos circumcidi, vt in carne vestra gloriantur.* In hoc falsorù doctorum proprium est placere velle hominibus, vanam gloriam venari, & externorum operum fiduciam docere. Tales subintrocierunt inter Galatas, qui sese Apostolos Christi simulabãt, vt sic auctoritatem apud Christianos consequerentur: docebantque, quasi ex Christi iussu cõtra veros Apostolos, quòd nemo saluus fieri posset, nisi circumcissus & legè Mosaicam seruans: qua quidem doctrina adimebant salutem omnem Christi morti, tribuebantq; hanc operibus, meritissq; humanis: idq; adeo eum in finem, vt in aliorum carne gloriantur, & vt à persecutionibus omnibus Iudaicis immunes essent. Quicumque igitur placita prædicant, suæ gloriæ student, & in aliud fiduciam collocare docent

Signa pseudodoctorù.

Doctorum falsorum propriù est, velle placere hominibus, vanã gloriã venari, et externorum operum fiduciam docere.

docent quàm in vnum Christum, ij sunt pseudoapostoli, fares & larones. Quicumque item hos seductores & adiunt volentes, & lectantur, pseudo sunt Christiani.

Verùm Paulus sese his quàm acerrimè opponit vbique, dicitque hic, esse illos conturbatores ac labefactores veræ fidei, oporiatque in eisdem proin, vt absclinantur: imo prædicit etiam, iudicium illos certò portaturos, hoc est, damnatum iri in tenebras exteriores. Deinde vero adimit salutem omnem circumcisioni ac legi Mosaicæ, tribuitque eam vnice cruci Domini nostri Iesu Christi, hoc est, eius passioni mortique: in qua vna ille & omnem suam gloriationè collocat. In huius rei signum Ioannes qui legem cõcludebat, non erat lux, nec agnus, sed testimonium perhibuit de lumine, & verum agnum digito indicauit. Ioan. 1.

2. Vnde secundo loco veterum Apostolorum, doctorum & pastorum syncerorù notas explicat Paulus, quòd neque in semet ipsis, neque in vilo alio gloriantur, quàm in cruce Domini nostri Iesu Christi: hoc est, quòd vnus Christi merito, iustitia, & redemptione, tanquam vnica suæ salutis causa, fidant ac nitantur, quodq; in hac glorietur, quòd habeantur digni ad contumelias atq; afflictiones pro nomine Iesu sufferendas, Act. 5. Tali nimirum Paulus ipse fuit & omnes Apostoli, ideoq; ait, *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Vide hoc discerniculo dinoscuntur veri & germani. Primo nulli placere student quàm vni Christo nullius gloriã venantur nisi ipsius. Deinde in nihil aliud salutis ancoram & fiduciam collocant, quàm in crucem Domini nostri Iesu Christi. Quicumque ergo summam gloriã summum lucrum æstimant placere Christo, & huc solum prædicant saluatorem ac iustificatorem omnium, ij genuini sunt concionatores, veri Apostoli. Quicumque etiam illos tam audiunt, tum pro virili imitantur, germani Christiani sunt.

In hac ergo Apostolica sententia & nos perpetuo esse manereq; debemus, hoc est gloriari in sola cruce Domini nostri Iesu Christi, huicque omnem vnice & nostram & aliorum salutem acceptam ferre. Neque enim est aliud nomen sub cælo datum nobis, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4.

Sed videamus interim ne in gloriatione cõtaxat ac fiducia crucis Christi imitemur Paulum: verùm eo conscendamus etiam, vt verè dicere cum illo possimus: *Per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mundo:* Itemque, Viso nō iam ego, viuit vero in me Christus, Galat. 2. Non enim statuendum est, si omnis omnium salus in vna cruce Domini nostri Iesu Christi consistat, ergo nihil boni esse agendum, sed indulgendum carni. Sed hoc contra statuere nos oportet, quando Christus & tanto nos

Ioan. 3.
Pseudodoctorum tituli sunt, cõturbatores, & veræ fidei labefactores.
Omnis salus tribui debet cruci Domini Iesu Christi hoc est, eius passioni mortique.
Apostolorum veterum notæ quòd neque in semetipsis, neque in alio gloriantur, quàm in cruce Domini nostri Iesu Christi.
Christiani germani qui sint.
Christiani in sola cruce Iesu Christi gloriantur.
Cum Apostolo eo etiam conscendamus oportet, vt mundus nobis crucifixus sit, & nos mundo. pretio

pretio redemerit, & tantam omnino salutē sua passione, morteque gratuito contulerit nobis maximam decere nos erga ipsum gratitudinem, ideoque mundo, hoc est, satanæ & peccatis omnibus (à quibus ille nos adseruit) mortuos esse oportere, ac iustitiæ contra vivere per reliquum tempus, Rom. 6.

Ratio Apostolica cur non in carne et externis ceremonijs gloriamur, sed in cruce Domini.

Cur autem nō sit pseudoapostolorum more in carne & externis ceremonijs gloriamur, sed potius verorum Apostolorum exemplo in cruce Domini nostri Iesu Christi: & moriendum mundo, his verbis declarat Apostolus: *In Christo enim Iesu, inquit, neque circumcisio aliquid valet, neque præputiū sed noua creatura.* Quali dicat: Externus & carnalis cultus nos non commēdabunt Deo, sed si illi probari velimus, spiritu nos prorsus renouari oportet: ut ipse enim spiritus est, sic quoque spiritu gaudet coli, Ioan. 4. &c.

Satis constat, omnes nos hodie inuentæ crucis Domini nostri Iesu Christi solennem in Ecclesia memoriā agere. Ob id igitur præsentem lectionem hodierno festo dedicāunt patres ut nimirum verbi ministri ex ea (in qua crucis subinde fit mētio) subministrarent ansam de cruce dicēdi. Verū Paulus hic non loquitur de ligno illo crucis, in quo salus nostra pependit, sed de ipsa Christi passione ac morte. Occasionem huius festi petet pius concionator ex sermone B. Ambrosij Episcopi in obitu Theodosij, & ex historia Ecclesiastica.

EPILOGVS.

1 *Scopus presentis lectionis est præcipuus perstrinctio damnatioque pseudo prophetarū, vi & meritis crucis Christi sua falsa persuasione detrahentium, qui videlicet cum multis alijs, tum Galatas præsertim turpissimè seduxerant.*

2 *Vfus lectionis huius est, quod nullis ceremonijs, operibus, aut creaturis quantumuis etiam splendidis, debeamus nimium fidere, præterquam solius Christi mori, iustitiæ, sapientiæ, sanctificationi & meritis, & qui gloriatur, in domino gloriatur. 1. Corint. 1 & 2. Corint. 10.*

3 *Verorū Christianorum nota sunt mori & crucifigi carni, mundo, peccatis, satanæ, et heri noua creatura hoc est, in nouitate vitæ ambulare, vivere sobriè, piè castè, & iustè in hoc seculo. Tit. 2. Sic cer:ò futurum est, ut quemadmodum Paulus dicit, pax et misericordia Dei Israel super eos maneat in æternum.*

Euangelium præsentis diei quærat Catholicus concionator in festo Sanctissimæ Trinitatis, Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, &c. Ioan. 3.

*Finis Euangelicæ et Epistolæ partis
Ænchiridialis de sanctis.*

